(or a portion of the value) was "iis." I was wrong, and my mistake made it hard to recover the preceding words. Mr. Baigent (apart from the MS.), read my printed proof, in which (being still uncertain about it), I had not included the supposed price. There was nothing before him, therefore, but a row of dots; nothing to mislead him: and, with his usual sagacity, he came to the conclusion that the missing words were, probably "sepultus est." "I take it," he wrote, "that this buckram vestment was used for the Bishop's burial in his Cathedral. His body, probably, was wrapped in cerecloths (as Bishop Lyndewode's was found to be when it was discovered in St. Stephen's Chapel, Westminster); and, considering the lapse of time since the murder, and the indignity shewn to the body, this buckram vestment was, doubtless, selected as the most suitable with which to clothe it when it arrived at Exeter; that material would give a more full appearance to the remains, when exposed (as, no doubt, they were) for the veneration of the Faithful, before they were finally interred in the Cathedral." This view of the case seemed so likely to be correct that I substituted for my row of dots the suggested words, within brackets; and the sheet was printed. Subsequently, desiring to follow up this clue, I spent a long time in carefully examining the blurred words. And, here, I may be permitted to say that only those who have been accustomed to attempt this sort of work (which is, often, abandoned, at the outset, in despair), have any idea of its difficulty. A strong light is necessary, and a powerful magnifier; and when the eyes are weary the task must be dropped for a time, and returned to over and over again. The apparently hopeless spot must be held at every possible angle; and, at length, a word (or, it may be, only a letter), suddenly appears out of the obscurity. On this occasion the last word was the first to yield itself to my gaze. It *was* "sepultus"! There was no "precium," therefore, in this solitary instance; for the buckram vestments (which, by the way belonged to the Palace Chapel), had been dedicated to a solemn purpose which excluded them from the vulgar valuation of the rest. After a time, I discovered in the middle word, and close to "sepultus," the letters "on'." Did they form part of "London[iis]" or of "Exon[ie]? There was not space enough for four letters, but exactly enough for two; and presently the letter "x" revealed itself to me. A moment more and the *blot* which preceded it was seen to be a capital "E." The word, then, was "Exonie." The first word was not merely hidden by the brown veil—the smear of gall,—but broken up by rough usage. It was, doubtless, "fuit." And thus the fact so long disputed, and so often confidently denied, has been established at last,—"ITEM, VESTIMENTA DE BOKERAM, IN QUIBUS DOMINUS EPISCOPUS DEFUNCTUS FUIT EXONIE SEPULTUS." He was laid to rest, then, under the shadow of the magnificent "tablatura" which he had so recently reared, and within a few feet of the famous "Silver Altar." And much more than the bare fact, interesting as it is, has been revealed to us by the recovery

of those few words. We see, as in a picture, the mutilated form of the murdered Prelate, as his sorrowing flock saw it on the day when devout men carried him to his burial,—Requiem æternam dona ei, Domine, et Lux Perpetua luceat ei: Cum Sanctis Tuis in æternum, quia pius es.

I have printed in an Appendix the Inventory and the Account of the Bishop's Executors, referred to above, together with some other Documents relating to the Bishop's Will, which appears to have perished.

Once more, I have to thank the many kind Friends who have generously continued to help me in my arduous but fascinating task. Their names are, now, familiar to my readers, and I need not repeat them. But I cannot refrain from acknowledging the deep debt of gratitude which I owe, especially, to Mr. Greenfield and Mr. Ingle Dredge, who have, again, patiently and carefully read every word of my proofs; to Mr. Burch, the Registrar of the Diocese, who is ever ready to help me, and never weary of my importunity; to Mr. Boase, Mr. Winslow Jones, Mr. Macray, and Mr. Weaver, who have bestowed much labour upon me, whenever difficulties have cropped up. I have been very unscrupulous, I fear, in availing myself of their invariable and ungrudging readiness to assist me. Of Mr. Baigent I can only say, as I have said before, that I regard him as my colleague. His interest in the progress and accuracy of my work is as great as if it were his own. And the student will discover, at every turn, how constant and efficient his cooperation has been, correcting my mistakes, and enriching many a page with the results of his unrivalled knowledge of the life and history of the Medieval Church in this Land.

F. C. H. R.

Ringmore Rectory,
9th May, 1892.

THE REGISTER OF BISHOP STAPELDON.

THE REGISTER OF WALTER DE STAPELDON, BISHOP OF EXETER A.D. 1307—1326.

The following Documents are written on two fly-leaves at the beginning of the Volume,—

I.

[*Concerning Nicholas le Engleis, clerk, who was confined in the Bishop's Prison*].

Walterus, etc., dilectis filiis Cancellario et Subdecano in Ecclesia Exoniensi ac eciam Officiali Peculiaris Jurisdiccionis nostre, salutem, graciam, et benediccionem.—Ex parte Nicholai le Engleis, clerici nostre Diocesis, nobis est humiliter supplicatum, etc., narrando seriem indictamenti et criminis sibi impositi, ac eciam qualiter ad deposicionem laicorum fuerit carceri Episcopi per Justiciarios Regis in ea parte, tanquam clericus, liberatus, quodque, super hujusmodi crimine falso et maliciose sibi imposito, ut pretenditur, sit immunis et in nullo culpabilis, ad ipsius purgacionem super dicto crimine sic, ut premittititur, sibi imposito,[1] procedere in forma Ecclesie et alias sibi in ea parte justiciam facere curaremus. Nolentes, igitur, eidem clerico in sua justicia deesse, qui in ea exhibenda omnibus sumus nobis subditis debitores ; advertentes, eciam, quod de illis quos carcer tenet inclusos aperta sit diffinicione sanccitum, ut aut dampnandos velox pena comitetur aut liberandos custodia non maceret diuturna, —vobis, tenore Presencium committimus et mandamus quatinus, facta ad mandatum vestrum in partibus et locis ubi hujusmodi crimina dicuntur fuisse commissa, certis diebus solempnibus, prout hactenus est in talibus consuetum, proclamacione puplica et solempni, si aliquis apparuerit oppositor seu contradictor, tam eidem quam prefato clerico in ea parte facere curetis per omnia debitum justicie complementum ; si, vero, nullus in hac parte libere apparuerit oppositor seu contradictor, facta preclusione ad inquirendum ulterius super premissis in forma juris, necnon ad liberandum eundem clericum a nostro carcere memorato, quo occasione premissa detinetur, si per hujusmodi Inquisicionem super premissis criminibus sibi impositis reperiatur immunis, premissa purgacione debita, procedere. Quod si per Inquisicionem ipsam seu alias, ut premittitur, culpabilis super hiis sit repertus, vos eundem ad carcerem nostrum remittentes precipiatis ex tunc ipsum in eodem carcere sub fida custodia reservari. Ad que omnia et singula et ea quomodolibet contingencia facienda, vobis et duobus vestrum, cum Canonice cohercionis potestate, tenore Presencium committimus vices nostras.—Datum, etc. ; Anno Domini, etc. [Unfortunately, the date is omitted]—fol. 1.

II.

[*Concerning the Custody of the Daughters of John le Seneschal, deceased*].

[A.D. 1324]—*Placita apud Westmonasterium coram W. de Bereforde et Sociis suis, Justiciariis Domini Regis de Banco, a die Pasche in tres septimanas, Anno Regni Regis Edwardi, Filii Regis Edwardi, decimo septimo.*—CORNUBIA.

---

[1] impositis, MS.

Johanna, que fuit uxor Johannis le Seneschal [defuncti][1] summonita fuit ad respondendum Waltero, Episcopo Exoniensi, de Placito quod reddat ei Margaretam, Elizabetham, et Johannam, filias et heredes Johannis le Seneschal, quarum Custodia ad ipsum Episcopum pertineret, eo quod predictus Johannes terram suam de eo tenuit per servicium militare, etc. Et unde idem Episcopus dicit quod predictus Johannes le Seneschal, pater predictarum heredum, tenuit de eo Manerium de Mudion,[2] cum pertinenciis, per homagium, fidelitatem, et servicium quarte partis feodi unius Militis, videlicet ad scutagium Domini Regis quadraginta solidorum cum acciderit decem sol., et ad plus plus, et ad minus minus, et faciende secte ad Curiam ipsius Episcopi de Penryn de tribus septimanis in tres septimanas, ut de jure Ecclesie sue Beati Petri Exoniensis; de quibus homagio et servicio idem Episcopus fuit seisitus per manus predicti Johannis, ut de jure Ecclesie sue Beati Petri Exoniensis; et obiit in homagio suo; et ea racione ad ipsum Episcopum pertinet Custodia predictarum heredum. Predicta Johanna predictam Custodiam ei injuste deforciavit; unde dicit quod deterioratus est, et dampnum habet ad valenciam ducentarum librarum, et inde producit sectam, etc.

Eadem Johanna summonita fuit ad respondendum Isabelle que fuit uxor Stephani de Bello Prato, de Placito quod reddat ei predictas Margaretam, Elizabetham, et Johannam, filias et heredes predicti Johannis le Seneschal, quarum Custodia ad ipsam Isabellam pertinet eo quod predictus Johannes terram suam de ea tenuit per servicium militare, etc.; et unde eadem Isabella per Benedictum de Bray, atornatum suum, dicit quod predictus Johannes le Seneschal, pater predictarum heredum etc., tenuit de ea quatuor acras terre Cornubiensis, cum pertinenciis, in Polkellom, Trelewithe, Kennegi, Garros, Treury, et Trenrethiel,[3] per homagium, fidelitatem, et servicium xijs. et iiijd. per annum, et secte faciende ad Curiam ipsius Isabelle de Lannestly[4] de tribus septimanis in tres septimanas, et ad scutagium Domini Regis xls. cum acciderit viijs. et iiijd., et ad plus plus, et ad minus minus; de quibus homagio et servicio eadem Isabella fuit seisita per manus predicti Johannis; et obiit in homagio suo, et ea racione ad ipsam Isabellam pertinet Custodia predictarum heredum. Predicta Johanna predictam Custodiam ei injuste deforciavit; unde dicit quod deteriorata est et dampnum habet ad valenciam quingentarum librarum, et inde producit sectam, etc.

Et Johanna venit et defendit vim et injuriam quas etc. Et quoad predictam Margaretam, filiam et unam heredum predicti Johannis, dicit quod ipsa Margareta non est in Custodia sua, eo quod ipsa maritata fuit vivente predicto Johanne, patre suo, etc. Et quoad predictas Elizabetham et Johannam, filias et coheredes predicti Johannis, dicit quod ipsa nichil clamat in Custodia earundem Elizabethe et Johanne nisi tanquam mater earum racione nutriture, etc.; et illas produxit hic in Curia ad reddendum cui predictorum Episcopi et Isabelle de jure reddi debeant, etc. Et Episcopus dicit quod predicte heredes sibi, et non prefate Isabelle, de jure reddi debent, quia dicit quod predictus Johannes, pater predictarum heredum, et antecessores sui tenuerunt predictum Manerium de Midyon (*sic*) de ipso Episcopo et Predecessoribus suis, etc., per antiquius feoffamentum per servicium militare quam tenuerunt predictas quatuor acras terre Cornubiensis de predicta Isabella et antecessoribus suis; et hoc pretendit verificare, etc. Et quia predicta Isabella non est hic in propria

---

[1] This page has suffered from damp, and several words are all but illegible.

[2] Mudgeon, in St. Martin-in-Meneage. The Seneschals were seated at Trenethick in the adjoining Parish of St. Wendron.

[3] Porkellis, in Wendron; Treloweth, in St. Erth; Kenneggy, in St. Breage; Garras, in St. Mawgan-in-Meneage; Trew, in St. Breage; Trenethick, in St. Wendron (?).

[4] The principal Manor in Gulval, and antiently the name of that Parish.

persona sua, immo per attornatum suum quem fecit versus prefatam Johannam in predicto Placito, per quod non potest ad verificacionem quam predictus Episcopus pretendit respondere, preceptum est Vicecomiti quod per probos, etc., scire faceret predicte Isabelle quod sit hic in Octabis Sancti Johannis Baptiste per Justiciarios ad respondendum predicto Episcopo, etc. Idem dies datus est predictis Episcopo et Johanne hic in Banco; et super hoc eadem Johanna invenit manucaptores habendi predictas heredes hic ad prefatum Terminum, et sic de die in diem quousque etc.; scilicet, Willelmum Herewarde de Comitatu Cornubie, Johannem Bloyou de eodem Comitatu, Oliverum Tregasou de eodem Comitatu, Radulphum de Penwre de eodem Comitatu, Rogerum Fiz Rican de Comitatu Devonie, et Johannem de Caignes de eodem Comitatu, etc.

Postea, ad diem illum venit tam predicti Episcopus et Isabella quam predicta Johanna, in propriis personis suis; et eadem Johanna produxit hic predictas Elizabetham et Johannam, filias et heredes, etc. Et predictus Episcopus, sicut prius, dicit quod predicta Custodia ad ipsum Episcopum, et non ad predictam Isabellam pertinet, quia dicit quod predictus Johannes, pater predictarum heredum, et antecessores sui tenuerunt predictum Manerium de Mudyon de ipso Episcopo et Predecessoribus suis, et feoffatoribus suis et eorum antecessoribus, per antiquius feoffamentum, per servicium militare, quam tenuerunt predictas quatuor acras terre Cornubiensis de predicta Isabella et antecessoribus suis; et hoc paratus est verificare, etc. Et Isabella dicit quod predictus Johannes, pater predictarum heredum, et antecessores sui, tenuerunt predictas iiij acras terre Cornubiensis de ipsa Isabella et antecessoribus suis per antiquius feoffamentum, per servicium militare, quam tenuerunt predictum Manerium de Mudyon de predicto Episcopo et Predecessoribus suis, et feoffatoribus suis et eorum antecessoribus. Et de hoc ponit se super patriam et Episcopus similiter. Ideo preceptum est Vicecomiti quod venire faceret hic, a die Sancti Michaelis in xv dies, per Justiciarios xij etc., per quos, etc., et qui, etc., et recogniciones, etc., quia tam, etc. Et predictus Episcopus posuit loco suo Radulphum Speke, vel Adam de Bauntone; et predicta Isabella posuit loco suo Benedictum le Bray, vel Johannem Trelan, etc. Et dies datus est predicte Johanne, hic, ad prefatum Terminum, ad habendum predictas heredes per manucapcionem, supradictam etc. Postea, continuato inde inter eos Processu usque a die Pasche in tres septimanas, Anno Regni Regis nunc xviij, nisi Johannes de Bonsser, die Jovis proxima ante Annunciacionem Beate Marie [21 March, 1324-5], apud Lancevetone prius, etc. Ad quem diem venit predictus Episcopus, et Isabella non venit. Et predictus Johannes de Bonsser, coram quo, etc., misit hic veredictum jurate predicte hic in hec verba:—Postea, predicto die Jovis proximo ante Festum Annunciacionis Beate Marie, apud Lancevetone, coram Johannem de Bonsser, associato sibi Willelmo de Botreaux, Milite, venit tam predictus Episcopus, per Adam de Bauntone, attornatum suum, quam predicta Isabella in propria persona sua. Et similiter jurati de consensu Parcium electi; qui dicunt, super sacramentum suum, quod predictus Johannes le Seneschal, pater predictarum heredum, et antecessores sui, tenuerunt predictum Manerium de Mudion, cum pertinenciis, de predicto Episcopo et Predecessoribus suis, et feoffatoribus suis et eorum antecessoribus, per antiquius feoffamentum, per servicium militare, quam predictas iiij acras terre, cum pertinenciis, de predicta Isabella et antecessoribus suis, per servicium militare. Et dicunt quod predictus Episcopus sustinuit dampna ad valenciam Cs. occasione qua predicta Isabella deforciavit ei Custodiam predictam. Ideo consideratum est quod predictus Episcopus recuperet versus eam Custodiam predictam et dampna sua predicta. Et Isabella in misericordia.—fol. 1.

III.

[A.D. 1323—1325].—*Concerning the right of Presentation to the Church of Snitterfield (near Stratford-on-Avon, Co. Warwick)*,—

Walterus, Episcopus Exoniensis, opposuit se iiij die versus Thomam West

et Alianoram, uxorem ejus, de Placito quod idem Episcopus permittat ipsos Thomam et Alianoram presentare ydoneam Personam ad Ecclesiam de Snytenfelde, que vacat et ad suam spectat donacionem, etc. Et ipsi non venerunt, etc. Et fuerunt querentes. Idcirco consideratum est quod predictus Episcopus recuperet versus predictos Thomam et Alianoram presentacionem suam ad predictam Ecclesiam; et habeat Breve Episcopo Wygorniensi quod, non obstante reclamacione predictorum Thome et Alianore, ad presentacionem predicti Episcopi ad predictam Ecclesiam idoneam Personam admittat. Et Thomas et Alianora in misericordia. Et super hoc predictus Episcopus dicit quod non est necesse ad inquirendum de collusione, etc., contra formam Statuti ne terre vel tenementa ad manum mortuam deveniant, etc.; quia dicit quod ipse tenet Advocacionem predictam sibi, et heredibus suis et assignatis, per Cartam cujusdam Walteri de Cantilupo, fratris Johannis de Cantilupo, Militis; quam hic profert, et in qua continetur quod idem Walterus de Cantilupo dedit, concessit, et Carta illa confirmavit Venerabili Patri Waltero de Stapeldone, Exoniensi Episcopo, unam placeam terre in Snitenfelde, que jacet inter Lunscombe et la Hethe, etc., et Advocacionem Ecclesie Parochialis de Snytenfelde, cum omnibus pertinenciis, etc.; habendas et tenendas predicto Domino Waltero de Stapeldone, heredibus suis et assignatis, de Capitalibus Dominis ejusdem feodi, per servicium inde debitum et consuetum, libere, quiete, bene, et in pace, jure hereditario inperpetuum. Et predictus Walterus de Cantilupo et heredes sui, etc. totam predictam placeam terre et predictam Advocacionem cum suis pertinenciis, predicto Waltero de Stapeldone, heredibus suis et assignatis, contra omnes gentes tenentur warrantizare, acquietare, et defendere inperpetuum. Cujus Datum est apud Wygorniam, die Martis in crastino Festi Sancti Ambrosii, Anno Regni Regis nunc sextodecimo [5 April].—Et dicit quod predictus Walterus de Cantilupo venit coram Justiciariis de Banco apud Eboracum, die Veneris proxima post tres Septimanas Pasche, Anno Regni Regis nunc xvj°, et cognovit predictam Cartam esse factum suum; et ibi plenius irrotulatur, ut [patet] Rotulo Primo de Cartis et Processibus ejusdem Termini. Et super hoc inspecto Rotulo predicto, hoc idem compertum est. Set, quia idem Episcopus arrainavit quandam assisam ultime Presentacionis versus predictos Thomam et Alianoram de Advocacione Ecclesie predicte, ut patet Rotulo istius Termini ccxix, idcirco procedatur Assisa illa inter eos; et inde habent diem in Octabis Sancte Trinitatis. Idcirco inde cesset execucio de Breve habendo Episcopo, quousque, etc.—Pascha xviij. Rot. ccvj.—fol. 2.

IV.

Concerning the same,—

[A.D. 1325].—*Coram W. de Berford et Sociis suis, Justiciariis de Banco, de Termino Trinitatis, Anno Regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, decimo octavo.*

Assisa venit recognicionis quis advocatus tempore pacis presentavit ultimam Personam, que mortua est, ad Ecclesiam de Snitenfelde, que vacat, etc., et cujus Advocacionem Walterus de Stapeldone, Episcopus Exoniensis, clamavit versus Thomam West et Alianoram uxorem ejus. Et modo venit predictus Episcopus. Et predicti Thomas et Alianora non venerunt. Et summoniti, etc. in diem resummoneantur quod sint hic in Octabis Sancte Trinitatis, etc., audituri recognicionem assise predicte, etc. Et Vicecomes tunc habeat corpora recognicionum,[1] etc.—Postea, ad diem illum venit predictus Walterus; et predicti Thomas et Alianora resummoniti, etc., non venerunt.

---

[1] "Apud Anglos, *recogniciones* dicuntur viri sacramentales seu juratores, quibus recognoscenda et disquirenda rei veritas assisis demandatur; vulgo, eciam, *juratores* dicti" (*D'Arnis*).

Idcirco predicta assisa capiatur versus eos per defaltam etc.—Et super hoc idem Walterus dicit quod ipsemet ultimo presentavit ad predictam Ecclesiam quendam Walterum de Cantilupo, clericum suum, qui ad presentacionem suam fuit admissus et institutus tempore pacis, tempore Domini Regis nunc; per cujus resignacionem predicta Ecclesia modo vacat; et petit quod assisa ista inde procedat, etc.—Juratores dicunt, super sacramentum suum, quod predictus Walterus de Stapeldone, verus advocatus Ecclesie predicte, ultimo presentavit ad predictam Ecclesiam predictum Walterum de Cantilupo, clericum suum, qui ad presentacionem suam fuit admissus et institutus, tempore pacis, tempore Domini Regis nunc, et per cujus resignacionem predicta Ecclesia modo vacat, et per resignacionem illam incepit vacare in Quadragesima proximo preterita. Dicunt, preterea, ad evidenciam veredicti sui quod predicta Advocacio, simul cum aliis tenementis in Villa de Snytesfelde (*sic*), ad que Advocacio predicta pertinebat, dudum fuerunt in seisina cujusdam Johannis de Cantilupo, Militis, Domini de Snytenfelde; qui quidem Johannes in crastino Circumcisionis Domini, Anno regni Regis nunc undecimo [2 Jan., 1317-18], per Cartam suam dedit, concessit, et confirmavit cuidam Waltero de Cantilupo, fratri suo, unam placeam terre sue cum Advocacione Ecclesie predicte, ad totum tempus vite ipsius Walteri de Cantilupo, et obligavit se et heredes suos ad warrantizandum predictam placeam terre et Advocacionem Ecclesie predicte contra omnes gentes, in forma predicta.—Et, postea, illa placea terre, cum Advocacione predicta, in seisina ipsius Walteri de Cantilupo existente, per donum predicti Johannis, idem Johannes in crastino Epiphanie Domini [7 Jan.], Anno regni Regis nunc xj, per Scriptum suum remisit, concessit, et omnino quietam clamavit dicto Waltero de Cantilupo predictam placeam terre, simul cum Advocacione Ecclesie predicte, et obligavit se et heredes suos ad warrantizandum eidem Waltero et heredibus suis, et suis assignatis, predictam placeam terre, simul cum Advocacione predicta, contra omnes mortales, inperpetuum.—Et, postea, die Martis in crastino Festi Sancti Ambrosii, Anno regni Regis nunc xvj° [5 April, 1323], idem Walterus de Cantilupo per Cartam suam dedit, concessit, et confirmavit predicto Waltero de Stapeldone predictam placeam terre in Snytenfelde, et Advocacionem Ecclesie predicte, habendas et tenendas eidem Waltero de Stapeldone et heredibus suis, et suis assignatis, inperpetuum. Et obligavit se et heredes suos ad warrantizandum, etc. Dicunt, eciam, quod predicta Ecclesia valet per annum quadraginta marcas.—Idcirco consideratum est quod predictus Walterus de Stapeldone recuperet Presentacionem suam versus predictos Thomam et Alianoram. Et habeat Breve Episcopo Wygorniensi quod ad presentacionem ipsius Walteri de Stapeldone, ad predictam Ecclesiam ydoneam Personam admittat. Et Thomas et Alianora in misericordia. Et super hoc idem Walterus de Stapildone (*sic*) gratis remittit ei dampna, etc.—Pasch. Rot. ccix.—*ibid.*

REGISTRUM DE TEMPORE MAGISTRI WALTERI DE STAPELDONE, EXONIENSIS EPISCOPI, DE LITERIS CLAUSIS, FACTIS ET RECEPTIS A TEMPORE CONFIRMACIONIS ELECCIONIS SUE USQUE AD CONSECRACIONEM. [A.D. 1307-8].

Litera directa Cardinali Anglico :—

Venerabili in Christo Patri ac Domino suo, Domino Thome, Dei gracia Sacrosancte Romane Ecclesie Titulo Sancte Sabine Presbitero Cardinali, suus humilis Capellanus, Walterus, permissione Ejusdem Electus Exoniensis confirmatus, salutem et cum omni subjeccione debitum famulatum.—Ex preterita benivolencia vestre Sanctitatis, quam in meis agendis repperi noviter fructuosam, credens—immo sciens—quod ipsa Dominacio vestra jocundabitur de prosperis successibus meis in futuris, vestre Paternitati duxi Presentibus intimandum quod die Mercurii in crastino Festi Sancti Gregorii Pape proximo preteriti [13 March], in Ecclesia Conventuali Radyngie, fuit Eleccio de me facta solempniter confirmata, et Temporalitas Episcopatus per Dominum Regem apud Westmonasterium michi liberata die Sabbati tunc sequente [16 March]. Archiepiscopus noster ad huc non venit in Angliam, nec est apud nos de certo tempore adventus sui aliqua certitudo. Et Monachi Cantuarienses dicunt quod non permittent aliquem Electum Cantuariensis Provincie alibi quam in Ecclesia Cantuariensi aliqualiter consecrari. Set hoc michi erit valde durum, eo quod sum ad presens quasi in puris et nudis, et Maneria Episcopatus, de instauro nuda, de bladis Regiis tempore vacacionis excultis sunt vestita. Tradidi presentem Literam quibusdam Nunciis Abbatis et Conventus de Hida, Wyntoniensis Dyocesis, qui veniunt ad Curiam pro Sanctitatis vestre benivolencia captanda, ut credo, sufficienter informati. Mala sunt tempora hiis diebus in Anglia, prout ipsi Nuncii et alii vobis dicere poterunt plenius viva voce. Ad Ecclesie Universalis et precipue Anglicane [salutem] vestram Sanctitatem conservet Altissimus per tempora diu et prospere processura!—Datum Londoniis, xiij Kalendas Aprilis [20 March]; et hec est prima Litera quam sigillo huic apposito feceram consignari.—fol. 3.

Litera directa Episcopo Wellensi pro Johanne de Bruetone :—

Venerabili in Christo Patri, Domino Waltero,[1] Dei gracia Bathoniensi et Wellensi Episcopo, Walterus, permissione Ejusdem Electus Exoniensis confirmatus, salutem etc.—Gratum obsequium Altissimo credimus exhibere si Ecclesiarum indempnitatem, Prelatis reverenciam, omnibus pacem, pro nostris viribus, procuremus. Sane vir venerabilis et discretus, Magister Johannes de Bruetone, versus Curiam Romanam, ex multis causis, in nostra comitiva nuper dirigens gressus suos, intencionem suam quasi incommutabiliter disponebat, ut si Ecclesiam de Cristemelford,[2] vestri patronatus, in cujus possessione tunc extiterat, una cum quibusdam aliis Beneficiis, ex Dispensacione Apostolica leviter habere non posset, ipsam Ecclesiam in eadem Curia dimitteret in manu forti, et in tali quod nunquam Angliam visitans, si que sibi deerunt pro retencione ipsius Ecclesie que sunt juris, ea suppleri faceret ex plenitudine potestatis, eidemque Magistro Johanni dimittenti honores alios et commoda procuraret. Considerantes, igitur, quod premissa absque irreparabili prejudicio ipsius Ecclesie vestraque offensione, vinculis pacis et karitatis ex hoc forte aliqualiter dissolutis, fieri non valebant, et propter hoc remedium quale tunc potuimus adhibentes,

---

[1] Walter de Haselschaue (A.D. 1302—1308). [2] Christian-Malford, Wilts.

ipsum Magistrum Johannem, primo personaliter viva voce, et postea nostris Literis rogavimus, obsecravimus, et adjuravimus modis omnibus quibus credebamus expedire, quod considerando novissima Ecclesiam predictam nullo modo dimitteret in forma superius annotata ; promittentes sibi quod in redditu (*sic*) suo in Angliam pro representacione sua ad eandem Ecclesiam, a vestra Sancta Paternitate impetranda, ad vos personaliter veniremus et interponeremus ad hec totis viribus partes nostras. Unde dictus Magister Johannes, dimissa ibi in secretis, ut asserit, resignacione, de data illius temporis et ex habundanti procuratore ad resignandum de novo, si oporteat, sub confidencia promissionis nostre, infectis negociis suis illis et aliis ad partes Anglie celeriter est reversus. Hinc est quod propter novum adventum Archiepiscopi et Consecracionem nostram cum adjutorio Altissimi noviter faciendam, necnon in proximo futurum Parliamentum ad vestram presenciam accedere non valentes, vestram sanctam Paternitatem bona fide consulendo rogamus, et rogando consulimus affectu quo possumus ampliori, quatinus dictum Magistrum Johannem, qui est utique vir valens et discretus, vobisque et vestris prodesse poterit tam in vita quam in morte, velitis ad predictam Ecclesiam suo periculo presentare iterum intuitu karitatis. Et si ipse vestram Dominacionem in aliquo offenderit temporibus retroactis, vobis et vestris futuris temporibus, cum debita satisfaccione, pro viribus complacebit. Scire, eciam, certitudinaliter velit vestra sancta Paternitas reverenda quod multa alia sunt pericula atque commoda que non sunt scripta in libro hoc, que si vobis essent exposita racionabiliter movere deberent ad hujusmodi presentacionem faciendam. Ipsa, tamen, alicui non scribemus nec dicemus alteri quam vobis, aut uni de nepotibus vestris, videlicet Domino Preposito vel fratri suo. Ille Qui est Veritas et verus cognitor secretorum novit quod bona fide, nullo falso admixto, vobis super hiis scribimus veritatem. Tantum, igitur, super hiis facere velit vestra Paternitas pia, discreta, et liberalis, nostris consilio precibus, et amore, ut, exclusis omnibus periculis, nos vestris beneplacitis in causa consimili reddere possitis arcius obligatos.—Ad regimen Ecclesie vos conservet Altissimus per tempora prospera et prolixa!—Datum apud Chudeham xiiij die Aprilis ; *ibid.*

Litera directa Preposito Wellensi[1] :—

Suo Preposito suus Electus id quod sibi.—Scribimus multa Domino vestro Episcopo pro representacione ad Ecclesiam de Cristemelford de discreto viro, Johanne de Bruetone, facienda. Et quia credimus quod ipsa Scriptura vobis seriosius ostendetur, ipsa iterato vobis non scribimus, circa alia ad presens plurimum occupati. Set, quia ipsam representacionem pro cujuslibet Partis utilitate et vitandis diversis periculis bona fide corditer affectamus, vestre amicicie preces nostras effundimus, affectu quo possumus ampliori, quatinus, ad hujusmodi representacionem impetrandam velitis, si libeat, interponere partes vestras ; nec credimus ex hiis precibus vos aut Magistrum Thomam, fratrem vestrum, aliqualiter offendere, cum eidem

---

[1] The Provostship was a Chapter-Office —a curious one ; older than the embodiment of Dean and Chapter by Bishop Robert, c. 1135. He was "Provost" in the Manorial sense, i.e. the Head Manager of the Estates which the Bishop held for the benefit of the Canons. From 1135 the Chapter managed its own property, and every Prebendary his own *corpus*: but, as the Manor of Combe was rich enough to maintain *fifteen* Prebendaries, and was an entire *corpus*, it needed a Provost to manage it, and to apportion dividends to the fifteen. The Provost became "Provost of Combe"; and he was a sinecurist, rated at £40 in Pope Nicholas' *Valor*, and at £63 in the *Valor* of Henr. VIII. After the accession of Edw. VI. the emoluments of the Office were used for the re-endowment of the plundered Deanery. I am indebted to Bishop Hobhouse, now resident in Wells, for these interesting particulars.

Magistro Thome de meliori Ecclesia, de quo gaudemus, noviter sit provisum, sicque forte, eciam, si alia cessarent, effectualiter prosequi non poterit litem super Ecclesiam de Cristemelford prius motam. Et revera non credimus quod predictus Magister Thomas, vel quivis alius, a predicto Magistro Johanne predictam Ecclesiam per Presentacionem Domini vestri valeat optinere, prout ab eodem Magistro Johanne et aliis majoribus didicimus, et vobis aut sibi dicemus expressius in proximo nostro colloquio personali, quod utinam sit in brevi. Predicto Magistro Thome non scribimus ad presens ex hac causa, credentes quod hec Scriptura sufficere debeat pro utroque. Altissimus vos conservet!—Datum apud Chudeham, xiiij die Aprilis.—fol. 3b.

Litera directa Johanni de Bruetone :—

Salutem in terris et gloriam in Excelsis.—Receptis Literis vestris affectuosas preces continentibus, proposuimus ad Dominum Bathoniensem, licet cum gravamine nostro, in Septimana Pasche cucurrisse, ordinavimusque ad hoc dietas, familiam, et vecturam; set postea supervenit Magister Robertus frater noster, quem ad Archiepiscopum, Priorem, et Monachos Cantuarie, pro quibusdam negociis, de quibus scitis, super nostra Consecracione, transmisimus, dicens nobis quod, Priore et Monachis nostre Peticioni quodammodo consencientibus, cum inciperet negocium exponere dicto Archiepiscopo, ipse, loquentem quasi in primis verbis interrumpens, ferocitate solita respondebat quod, suo perpetuo, nobis vel alii non concederet quod idem noster nuncius ex parte nostra petere nitebatur, subiciens alia multa que propter ipsius honorem subticuimus ista vice, et quodammodo admirans quod sibi non occurrimus pro die Consecracionis nostre Cantuarie postulanda. Unde, quia nescimus cum quo pede fodere voluerit, non audemus ab eodem ex quacumque causa ulterius elongare, set secundo vel tercio die post Diem Pasche versus eundem Archiepiscopum dirigemus nostros gressus, et faciemus apud ipsum juxta viam juris vel gracie quod Altissimus inspirabit. Rogamus, igitur, quod super eo quod hac vice non venimus personaliter ad Dominum Bathoniensem, nos, si libeat, excusatos habentes, recipere velitis Literas quas ad Dominum Episcopum et Prepositum, nepotem suum, transmittimus ex hac causa. Et, ut sciatis quid in eisdem Literis sit contentum, transcriptum ipsarum de verbo ad verbum vobis transmittimus presentibus interclusum. Si alia, aliis, vel aliter, super negocio vestro scribere debeamus, scribatis nobis et scribemus.—Altissimus vos conservet!—Datum apud Chudeham, xiiij die Aprilis; *ibid.*

Litera directa Abbati de Hertilaunde :—

Discreto viro et religioso Domino, Johanni, Dei gracia Abbati de Hertilaunde, Walterus, permissione Ejusdem Electus Exoniensis, salutem et antique dileccionis constanciam et augmentum.—Licet, juxta desiderium mentis vestre, viva voce Magistri Roberti, Fratris nostri, et Literis quorundam aliorum amicorum nostrorum nobis expositum, pro Magistro Thoma de Karyveynec, consanguineo vestro, super Ecclesia de Udno Parva[1] non adimpleverimus ista vice, vos rogamus quod ex hoc offensi nullatenus existatis; scientes pro certo quod ante ipsius adventum de predicta Ecclesia incommutabiliter duximus ordinandum. Nec est moris quod Beneficia quorum Collacio per lapsum temporis est ad Superiorem devoluta alicui Parcium litigancium aliqualiter conferantur, ne Superior conferens jus unius Patroni plusquam alterius indebite videatur approbare. Volumus, tamen, contemplacione persone vestre, eidem Magistro Thome in equivalenti Beneficio, vel majori si hoc velitis, cum adinvicem habuerimus colloquium, efficaciter obligari. Dixit, enim, nobis idem Thomas quod dicta Ecclesia valorem decem marcarum non excedit; et certi sumus quod pro tam modico Beneficio

[1] St. Perran-Uthno, in Cornwall.

nolletis quod faceremus aliquid quod redundare possit in fame vel fidelitatis nostre lesionem. Certi sitis quod idem consanguineus vester veniendo ad nos laborem non perdet vel expensas. Altissimus vos conservet!—Datum apud Chudeham, xvij die Aprilis ; *ibid.*

Litera directa Decano Exoniensi :—

Suo Decano suus Electus id quod sibi.—Dixit nobis nuper Magister Willelmus de Wolleghe, clericus noster, de partibus illis redieus, quod vos in Capitulo coram Fratribus nostris verba subsequencia, vel consilia eundem intellectum habencia, dicebatis ; videlicet, quod eramus de nimia credulitate arguendi. Unde, licet forte non possumus super hiis totaliter excusari, volumus tamen omnia vos contingencia quibus fidem adhibuimns per testes ydoneos, si oporteat, in vestro presencia comprobare. Vosque intendimus super credulitate nimis cita arguere inter nos in secretis, cum adinvicem habuerimus colloquium personale. Nec placet aut placebit nobis quod tercia persona inter nos super hiis ex preteritis causis advocetur. Cesset, igitur, interim, quesumus, disputacio supradicta ; et tunc, cum adjutorio Dei, quicquid dicant homines, erimus unius mutue voluntatis. Altissimus vos conservet !—Datum apud Horslegh, xxx die Aprilis.—fol. 4.

Litera directa Dominis Thome de Hentone vel Johanni Toyllero:—

Salutem quam sibi.—Quia dedimus karissimo amico nostro, Domino Johanni de Banstede, clerico Domini Regis, quatuor arbores in bosco nostro de Chuddeleghe, pro meremio ad edificia sua de Ermyngtone construenda competentes, vos rogamus quatinus per vos vel alterum vestrum, vel alium de quo confiditis, hujusmodi arbores bonas sibi, vel alteri suo nomine presentes Literas deferenti, liberari faciatis. Proviso semper quod arbores ad meremium pro Fabrica Novi Operis Exoniensis signati remaneant semper salvi. Valete!—Datum apud Stockwylle, juxta Londonias, iiij die Maii ; *ibid.*

Litera directa Domino Johanni Strange, Canonico Exoniensi :—

Salutem, etc.—Intellecto quod in creacione bone memorie Domini nostri, Domini Thome, Dei gracia Exoniensis Episcopi, graciam Domino Regi tunc temporis quodammodo debitam super promocione vestra in Beneficio Ecclesiastico habebatis, vos rogamus quatinus cujusmodi Beneficium vobis ea occasione collatum fuerat, et si aliquam Pensionem usque ad assecucionem hujusmodi Beneficii habuistis, et, si sit, quantam, nos per literas vestras velitis indilate reddere cerciores ; intendimus, enim, nos super hoc, quatenus moderna tempora permittunt, nostris Predecessoribus confirmare. Altissimus vos conservet!—Datum apud Stockwille, iij die Maii ; *ibid.*

Litera directa Rectori Ecclesie de Donsforde :—

Eodem die emanavit consimilis Litera Domino Pagano, Rectori Ecclesie de Dounsforde, de verbo ad verbum ; hoc excepto, quod iste optinuit graciam in creacione Domini Petri, quondam Exoniensis Episcopi.

Litera directa Domino Radulpho de Arundel :—

Salutem quam sibi.—Literas vestras deprecatorias super Vicaria Sancti Colani presbitero vestro conferenda, in crastino Invencionis Sancte Crucis [4 May], apud Stockwylle, juxta Londonias, recepimus hora prima. Et, quia ante recepcionem Literarum vestrarum de vacacione predicta revera audivimus, ipsam cuidam Magistro Arcium de Cornubia, in pauperimo statu Oxonie existenti, contulimus intuitu karitatis. Set, si ipse cui dictam Vicariam contulimus ipsam, propter ejus exilitatem noluerit acceptare, extunc de precibus vestris faciemus ad honorem Dei et vestrum quod viderimus oportunum.—Datum die et loco supradictis ; *ibid.*

[The following Letter has been cancelled, and the words "non fuit missa" written in the margin].

Litera directa Domino Cardinali Anglico :—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Thome, Dei gracia Sacrosancte Romane

Ecclesie Titulo Sancte Sabine Presbitero Cardinali, Walterus, etc., salutem.—Licet, ex precibus Sanctitatis vestre spe concepta, Consecracionem nostram alibi quam in Ecclesia Cantuariensi a Domino Cantuariensi, diversis racionibus sibi exponendis, fieri cum humilitate debita postulassem, idem tamen nec precibus vestris nec racionibus motivis, quas eciam audire renuit, aliqualiter inclinatus, quod petendum fuerat denegavit, plus solito exscandescens (*sic*) antequam sibi esset peticio plenius explanata; prius autem negando respondere non potuit, licet fuisset cognitor secretorum. Nolens, igitur, in prosecucione ipsius peticionis ipsum ulterius offendere, sub cujus obediencia oportebit me ulterius permanere, diem et locum competentes ad beneplacitum dicti Domini Archiepiscopi mihi assignari petii, diversis vicibus, pro Consecracione supradicta; ipse, tamen, quod petebatur facere distulit, ex racionabili causa forsitan tunc temporis impeditus, prout vestre Sancte Paternitati sufficienter constabit per Puplica Instrumenta que ostendere poterit lator presens. Audiens, autem, postea, quod Dominus Electus Wygorniensis, cum quo, pro vitandis sumptibus sperabam consecrari, prorogacionem sue Consecracionis et loci mutacionem procurare intendit ex plenitudine potestatis, piam Paternitatem vestram humili devocione deprecor et requiro quatinus, si sit ita, michi utique diversis racionibus magis indigenti, graciam consimilem procurare velitis, dum tamen id fieri valeat infra breve tempus et absque sumptibus onerosis. Materiam, vero, cujusdam Peticionis per me, absque nominis expressione, super hiis rudi modo conceptam, et per aliquem Peticionarium Curie secrecius emendandam, vestre Dominacioni transmitto Presentibus interclusam; cupiens quod hec ad noticiam vestri auditoris vel cujuslibet alterius non pervenerit, per quem possent, ante consumpmacionem negocii, ad noticiam dicti Domini Archiepiscopi vel suorum aliqualiter pervenire. Et, ut valeatis quod petitur facilius impetrare, mitto ad vos Literas Regine Anglie, Margarete, et Literas Regis Francie, Fratris sui, nuper pro negociis meis contra Magistrum Ricardum de Plympstoke, Summo Pontifici impetratas; necnon quasdam Literas Apostolicas bullatas, super Confirmacione et Consecracione mea optentas, antequam dictus Dominus Archiepiscopus fuisset a Summo Pontifice restitutus; que omnes, licet Peticionem nunc faciendam directe non respiciat, poterunt tamen in expedicione ejusdem aliquale adminiculum forsitan adhibere. Ad hec, negocia dilectissimi mei Magistri Johannis de Bruetone, Presencium portitoris, per ipsum vestre Sanctitati plenius exponenda, quatenus licet et decet vestre Sanctitati, sicut propria recommendo cum subjeccione debita, credens quod hujusmodi recommendacio vobis dampnosa non erit, set pocius fructuosa. Et, quia dictus Magister Ricardus de Plympstoke est in Anglia, de submissione quam vobis hinc inde fecimus nichil tangens ad Curiam ex hac causa mittere non propono, quousque super hoc aliud a vestra Dominacione recepero in mandatis.—Pessima sunt tempora in Anglia hiis diebus, et multi timent deteriora in futuris, prout hec et alia nova seriosius dicere poterit lator presens.—De preteritis, autem, beneficiis per vos habitis et futuris speratis, quia ego non sufficio, vobis queso retribuat bonorum omnium largifluus Retributor; paratus pro viribus ad vestra beneplacita prosequenda.—Ad honorem Ecclesie vestram Sanctitatem conservet Altissimus per tempora prospera et prolixa!—fol. 4.

Litera directa Preposito et Capitulo de Glasneya:—

Venerabilibus, etc., Preposito et Capitulo Ecclesie Beati Thome Martiris de Glasneya, Walterus, etc., Electus confirmatus, salutem, etc.—Licet inter vos, ex parte una, et Executores Testamenti discreti viri quondam Domini Willelmi de Bodrugan, Archdiaconi Cornubie, defuncti, ex altera, super proximis fructibus autumpnalibus Ecclesie Sancti Goroni nostre Declaracioni seu Ordinacioni duxeritis submittendum, hujusmodi, tamen, Ordinacionem seu Declaracionem finalem facere non curavimus, ipsis Partibus totaliter inauditis; vidimus, tamen, in quibusdam Literis, ipsius Archidiaconi sigillo, ut prima facie videbatur, consignatis, quod eadem Ecclesia predicto

Domino Willelmo non tanquam sibi, ex jure suo, vel Ecclesie vestre consuetudine, set ex speciali Convencione in scriptis redacta, tanquam bene merito tradita fuit ad firmam, suo perpetuo tantummodo duraturam. Unde, quin ipsa tradicio firme totaliter exspiraverit, ipso Domino Willelmo sublato de medio, non dubitamus, nec credimus quod aliquis dubitet sane mentis. Si, autem, aliqua Parcium dicere velit quod ad Consuetudinem Ecclesie Exoniensis recurrendum fuerit in hoc casu, credimus et pro firmo tenemus quod sic ut sequitur fuerit in eadem Ecclesia hactenus observatum; videlicet, quod si Canonicus, habens firmam de Consuetudine Ecclesie, jure suo, ante Vigiliam Festi Beati Thome, Apostoli [20 Dec.], fuerit ab hac luce subtractus, sive aliquid pro firma de anno futuro solverit sive non, non sibi set futuro firmario debebuntur postea proximi fructus autumpnales. Alioquin sequeretur inconveniens; videlicet, quod quilibet firmarius, prepropere solvendo ante terminum, prejudicari posset proximo successori. Si, vero, postea decedat, et aliquid solvere inceperit de anno futuro, non successor unius, set talis defunctus, hujusmodi firmam habebit pro fructibus illius anni. Set, si nichil solvere inceperit de anno futuro, licet post dictum Festum decesserit, salvis sibi expensis impositis in cultura, nichil ulterius de hujusmodi firma poterit vendicare. Si, autem, per pactum speciale firmam tenuerit, illud credimus specialiter observandum quod specialiter convenerit inter Partes. Ista tenemus ad presens et tenebimus in futurum, nisi per Partes, in nostra presencia constitutas, fuerimus aliter informati. Altissimus vos conservet!—Datum apud Chudeham, xx die Junii.—fol. 4b.

Preces Regine pro Domino Johanne de Jargoho :—

Reverendo in Christo Patri, dilecto nostro, Waltero, Dei gracia Exoniensi Episcopo, Ysabella, Ejusdem gracia Anglie Regina, Domina Hibernie, et Ducissa Aquitannie, salutem, et sincere dilecccionis affectum.—Digne credimus agere cum, pro illorum provisione, Scripta nostra dirigimus quos ad hujusmodi graciam optinendam sue ordinant merita probitatis. Et ideo ad illos libenter recurrimus de quorum bonitate et fidelitate confidimus, et de quibus firmiter speramus quod preces quas juste porrigimus debeant facilius exaudiri. Cum, igitur, dilecti ac familiaris Capellani nostri, Domini Johannis de Jargoho, in nostris continuis obsequiis existentis, cujus promocionem, suis meritis exigentibus, habemus in speculo mentis nostre et precordialiter affectamus, Paternitatem vestram, nobis karissimam, affectuose requirimus et rogamus quatinus, erga ipsum manus liberalitatis et munificencie vestre porrigentes, eidem de Prebenda vestra Cathedrali, vel saltem de altera sufficienti Collegiata, quamprimum ad id optulerit se facultas, dignemini providere; et interim, quousque dictam Prebendam vacare contigerit et illam fuerit assecutus, eidem Pensionem congruam vestrarum munimine Literarum velitis contemplacione nostri concedere roboratam; illud, enim, quod pro eodem feceritis Capellano nobis non inmerito reputabimus esse factum. Et nobis quid super hoc feceritis per vestras Literas rescribatis. Conservet vos Altissimus cum prosperitate continua et felici! —Datum Anno Domini Mo CCCmo octavo, xix die Junii.—Credentur, si placet, super hoc Presencium portitori; *ibid.*

Responsio Electi ad easdem Preces :—

Preclare Celsitudinis et magne Nobilitatis Domine, Domine Ysabelle, Dei gracia Regine Anglie, Domine Hibernie, et Ducisse Aquitannie, suus humilis et devotus Capellanus, Walterus, permissione Ejusdem Electus Exoniensis confirmatus, cum votiva reverencia debitum famulatum.—Vestre Celsitudinis Literas, Episcopo Exoniensi directas, cum reverencia debita nuper recepimus, et in eisdem vidimus inter cetera contineri quod eundem Episcopum Exoniensem pro dilecto et familiari Capellano vestro, Domino Johanne de Jargoho, vestra Nobilitas affectuose requisivit ut ipse, erga eundem Capellanum vestrum manus liberalitatis et munificencie porrigens, eidem de Prebenda in Ecclesia sua Cathedrali, vel eciam in altera sufficienti Collegiata, quamprimum ad id optulerit se facultas, dignaretur vestris pre-

cibus providere, et interim, quousque dictam Prebendam vacare contigerit et illam fuerit assecutus, eidem Pensionem congruam concederet, Literarum suarum munimine roboratam. Cum, igitur, post nostram Confirmacionem, regimen Ecclesie Exoniensis et Collacionem Prebendarum ejusdem fuerimus assecuti, quamquam adhuc non fuerimus in Episcopum consecrati, credimus quod intencio vestre Dominacionis extiterit ipsas Literas nobis dirigi, et per nos vobis velle super hiis responderi; et ideo, plus intencioni scribentis quam verbis Epistole adherentes, ipsas Literas fiducialiter aperuimus, sperantes in hoc vestre Dominacioni minime displicere. Hinc est quod vestram Celsitudinem devotis precibus humiliter imploramus quatinus ad ea que scribimus aures juste pietatis inclinans, ipsis intellectis, juste judicare velit quod per nos fuerit ad presens ulterius faciendum. Cum, enim, circa Festum Sancti Martini preteritum electi essemus, licet immeriti, in Ecclesie Exoniensis futurum Episcopum et Pastorem, quidam Magister Ricardus de Plymstoke, contra nos et dictam Eleccionem ad Curiam Romanam appellans, nostram Confirmacionem, contra Deum et justiciam, plus debito impedivit; unde nos versus eandem Curiam ex illa causa, sicut oportuit, personaliter accedentes, nos et nostram Eleccionem, non absque immoderatis sumptibus, ab eadem Curia fecimus liberari; propter que et alia contingencia sumus ad presens, et propter nostras futuras Consecracionem et Intronizacionem erimus in futurum ere alieno quasi intollerabiliter onerati, et in pluri revera quam valere possit in exitibus noster Episcopatus tribus annis. Verumtamen, ne a nobis recedant totaliter vacue tante Preces, ipsi Capellano vestro Pensionem annuam, licet modicam, contulimus, nostri sigilli munimine roboratam, prout in Literis nostris Patentibus vestre Celsitudini, vel eidem, per latorem Presencium porrigendis, plenius continetur; ulterius facere intendentes in tempore oportuno, prout secundum Deum et merita ipsius persone viderimus faciendum. Prebendam tamen vacaturam seu quodcumque aliud Beneficium Ecclesiasticum non promittimus, nec ante vacacionem promittere intendimus; tum quia hoc prohibent Constituciones Ecclesiastice, tum quia majores Prebende ad nostram Collacionem spectantes per Provisiones Apostolicas sunt Collacioni Summi Pontificis reservate. Dignetur, ergo, innata vobis liberalitas super parvitate dicte Pensionis ex causis predictis hac vice nos habere, si libeat, excusatos; plus affectum donantis que est devota (*sic*), quam quantitatem doni que est modica, vestre mansuetudinis oculis intuendo. Parati, enim, sumus et semper erimus vestre Dominacioni pro viribus complacere, eamque speramus in nostris agendis habere graciosam. Ad honorem Dei et utilitatem Regni vos conservet Altissimus per tempora prospera et prolixa.—Datum apud Stockwelle, juxta Londonias, viij die Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} octavo.—fol. 5.

Pensio data Johanni de Jargoho, ad Preces Regine:—

Walterus, permissione Divina Electus Exoniensis Confirmatus, venerabili viro et discreto, Domino Johanni de Jargoho, nobilissime Domine Ysabelle, Dei gracia Regine Anglie, Domine Hibernie, et Ducisse Aquitannie, familiari Capellano, salutem et sinceram in Domino caritatem.—Preces ipsius Regine, pro persona vestra effectualiter nobis porrecte, nos plurimum sollicitant et inducunt ut personam vestram, quam diversis virtutum titulis credimus insignitam, speciali prosequamur gracia et favore. Hinc est quod, premissis digna racione pensatis, annuam Pensionem quatuor solidorum sterlingorum, singulis annis de Camera nostra ad Festum Pasche percipiendam, quousque vobis de Prebendali Beneficio quod acceptandum duxeritis providerimus cum effectu, vobis promittimus, concedimus, et conferimus per Presentes.—In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes tibi fieri fecimus, sigilli nostri munimine roboratas.—Datum apud Stockwille, juxta Londonias, viij die Julii, Anno Domini, etc. [1308], et Regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi primo [a clerical error for "secundo."—B. W. G.]; *ibid.*

Litera directa Episcopo Cicéstrensi :—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gracia Cicestrensi Episcopo, suus, si placet, Walterus, etc. salutem quam produxit humano generi Sanguis de latere Crucifixi.—Pater Reverende,—Licet Canonici Capelle de Boseham, quoad personas eorum, eciam juxta Composicionem inter Cicestrie et Exonie Ecclesias, ut dicitur, initam, a vestra Jurisdiccione Ordinaria saltem in hoc casu totaliter sint exempti, vester tamen Officialis, contra dicte Composicionis tenorem et Juris ordinem, ut videtur prima facie, temere veniens, contra Sacristam ejusdem Ecclesie, qui est unus de Canonicis supradictis, ad diminucionem Porcionis quam ipse et Predecessores sui hucusque habuerunt, per Collacionem Episcoporum Exoniensium qui pro tempore fuerint, quasi per execuciones incipiens nititur extendere manus suas, prout in tenore Mandati Presentibus intercluso, quod ab eodem Officiali nuper, ut dicitur, emanavit, manifeste poterit, ut creditur, apparere. Quocirca vestram Paternitatem humiliter deprecor et devote quatinus dictum Mandatum Officialis vestri revocare, vel saltem ad tempus suspendere, velitis, pro vestro beneplacito iterum innovando. Expedit enim, ut videtur, quod Vicarii de Boseham suggerentes in hac parte faciant se Partem in judicio, et suam suggestionem, si voluerint, prosequantur ; quia vester Officialis, cum quo litem habere non appeto, per hujusmodi processus preproperos Judicis et Partis partes assumat.—Ad honorem, etc.—Datum apud Stockwille, xiij die Julii ; *ibid.*

Litera directa Magistro Ricardo de Plymstoke :—

Discreto viro, etc., Magistro Ricardo de Plympstoke, Walterus, etc., Electus Exoniensis, quantum in ipso est pacem Christi sempiternam.—Audivimus quod vos nuper nos pro inimico et persecutore vestro reputantes, in presencia Magistri Johannis Bloyou, contra formam Pacis inter nos inite, verba nobis comminatoria dicebatis ; de quo eo magis miramur, quod, licet post dictam Pacem parum boni vobis fecerimus, non tamen credimus contra vos postea justo judicio injuriose egisse quicquam mali, prout coram Deo, vobis, et aliis quibuscumque hominibus, sana consciencia parati sumus reddere racionem. Cupientes, igitur, super hiis et aliis vobiscum personaliter habere tractatum, affectuose vos rogamus quatinus ad nos personaliter accedere velitis celerius quo potestis, et ante vestrum recessum a nobis, partim verbo, partim facto, percipietis affeccionem quam erga personam vestram post Pacem initam hujusmodi habemus. Nollemus, utique, quantum in nobis est, vos perdere: nescimus si nos modis omnibus perdere cupiatis. Si, vero, ad nos venire nolueritis aut non poteritis, ut rogamus, saltem propositum vestrum super hiis, propter reliquias Pacis inite, velitis nobis vestris Literis intimare. Scire, tamen, vos cupimus quod si Pacis predicte federa per vos, quod absit, totaliter fuerint dissoluta, quicquid postea contingat, de levi non poterunt iterum reparari. Deus det vobis consilium corpori et anime profuturum!—Datum apud Horslegh, xiiij die Julii ; *ibid.*

Litera directa Roberto de Cisterna :—

Walterus, etc., dilecto sibi in Christo, Magistro Roberto de Cisterna salutem, etc.—Cupientes vobiscum, vel cum alio, eo libencius finem imponere tractatui super permutacione Prebendarum quo dilacio prolixior utrique Parti est dampnosa, specialiter vos rogamus quatinus nobis per latorem Presencium significare velitis ubi per tres dies sequentes poteritis personaliter inveniri ; mittemus, enim, ad vos aliquam discreciorem personam ex hac causa pro Literis Procuratoriis et aliis utrique Parti utilibus a vobis optinendis, si velitis quod super hiis erga vos ulterius procedatur. Si, vero, hodie, cras, vel post cras, ante prandium possetis ad nos venire, apud Horsleghe, utique in multo plus placeret, et tanto tempore et non ulterius, hac vice, vos ibidem poterimus exspectare, ab hiis que antea super valore Prebendarum dictarum et aliis vobis diximus in minimo minime recedentes. Et si spem certam ad pinguiorem Prebendam vobis non dederimus, desperare tamen non oportet de gracia Salvatoris. Voluntatem vestram nobis nunciare velitis, etc.—Valete, etc.—Datum apud Horsleghe, xxj die Julii.—fol. 5b.

Litera directa Episcopo Bathoniensi :—

Venerabili, etc., Domino Waltero, Dei gracia Bathoniensi et Wellensi Episcopo, suus, etc., Electus Exoniensis, salutem etc.—Cum preces nostras alicui dirigimus que a racionis tramite non deviant, set sunt ab illo cui scribimus ex quadam naturali gratitudine eciam apud alium merito promovende, tunc fiducialiter agimus et indubitanter credimus exaudiri. Cum, igitur, Magister Thomas de Haselschaue, nepos vester,[1] vir utique literarum sciencia et diversis virtutum titulis insignitus, bina vice Canonicatum et Prebendam in Ecclesia vestra Cathedrali Wellensi assecutus, ad vestrum beneplacitum ipsos dimiserit, et, de Canonico factus non Canonicus, ad presens omni Canonicatu careat et Prebenda, vestram sanctam Paternitatem toto cordis affectu humiliter imploramus quatinus merita et propinquitatem sanguinis persone ipsius Magistri Thome et alia supradicta in mentis examine, non perfunctorie set diligenter et intime revolventes, et equo libramine favorabiliter ponderantes, de Canonicatu et Prebenda in eadem Ecclesia, ut creditur in proximo vacaturis, rejectis inordinatis precibus aliorum, providere velitis intuitu caritatis. Si, vero, quod absit, eundem nepotem vestrum, vestro perpetuo sic dimiseritis non Canonicatum et quodammodo capite diminutum, honestius esset vobis et sibi ipsum nunquam Canonicum extitisse; dicit, enim, Seneca nichil esse infelicius quam recordari fuisse felicem; maxime cum idem Magister Thomas fuerit honesta et literata persona vobisque domestica et in proxima linea consanguinitatis attingens, et Apostolus dicit quod si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet, Fidem negat et est deterior infideli. Quis, enim, Successorum vestrorum aut aliorum Episcoporum ipsum reputabit dignum ut preficiatur in Ecclesia Cathedrali, si, promotis extraneis in Ecclesia vestra ipsoque pretermisso ad hujusmodi promocionem ipsum indignum judicaveritis ipso facto. Nec videtur nobis quod quecumque persona alia se justo judicio reputare debebit offensam, si, pretermissis precibus aliorum, ipsum Magistrum Thomam promoveritis ut petimus, ad cujus promocionem tot et talia previa racione vos inducunt. Suscipere, igitur, et exaudire dignetur vestra sancta Paternitas has preces nostras, ne scisco dampnosas aut juri contrarias, immo pocius omni consona racioni. Et nos vobis ad similia vel majora, in simili vel majori casu, volumus, efficiaciter obligari; ad memoriam nichilominus, si libeat, reducentes promissiones vestras super promocione Magistri Wyberti de Lytletone, in presencia Domini Archidiaconi Wellensis, nostra, et aliorum, apud Wyvelescome, alias bona fide sepe factas. Et in verbo veritatis vobis dicimus quod premissa omnia et singula mero motu vobis scribimus, per quamcumque personam minime procurati. Voluntatem vestram super hiis scire cupimus cum vestre Paternitati placuerit, pocius per experienciam facti quam per Literas aut per verba; parati pro viribus ad vestra beneplacita prosequenda.—Datum apud Farendone, iiij die Augusti.—fol. 5b.

Litera directa Cardinali :—

Venerabili, etc., Domino Thome, etc., Sacrosancte Romane Ecclesie Titulo Sancte Sabine Presbitero Cardinali, suus, etc., Walterus, Exoniensis Electus, salutem, etc.—Ut vobis, tanquam Principali Domino et Promotori meo, constare valeat quid circa statum meum agitur hiis diebus, placeat Paternitati vestre scire quod Dies Dominicus in Quindena Sancti Michaelis [13 Oct.] prefixus est Domino Electo Wygorniensi atque michi pro nostra Consecracione in Ecclesia Cantuariensi Canonice admittenda, nec potui pro mea Consecracione habere terminum breviorem, licet per me esset brevior

---

[1] He was one of the Executors of his uncle, Bishop Walter de Haselschaue, whose successor, John de Drokensforde, "as Papal Judex," issued a Commission "to three Canons, to hear cause between Walter Ore (or Oram) and Canon Thomas de Haselschaw for violence, 18 Kal. Jun., 1318" (see Bishop Hobhouse's Ed. of Drokensford's Register, pp. 12, 60).

terminus cum diligencia debita pluries postulatus. Dictus Dominus Wygorniensis per Ministros suos, ad peticionem meam, facit fieri providenciam de esculentis et poculentis pro nostrum utroque, et ego contribuam juxta ipsius beneplacita voluntatis. Ad hec, quia non admisi per Collacionem Regiam Magistrum Ricardum de Plympstoke ad Archidiaconatum Exonie, revera non vacantem, fecit me implacitari per Regem coram Rege ipso, Magistro Ricardo promovente; set a Curia Regia dictus sum, cum Dei adjutorio, judicialiter liberari. Idem, eciam, Magister Ricardus, quasi de salute anime non curans, semper remanet in antiquis Sentenciis Excommunicacionum, licet absoluciones ab eisdem, si petat, absque difficultate aliqua valeat optinere. Unde paratur mihi laqueus duplex ex hac causa: si, enim, communico cum eodem facio contra conscienciam; si, autem, non communico, ipse dicet quod hoc facio ad vindictam ex rancore aliquo preconcepto. Verumtamen, ut ipsum ad bonum traham in quantum possum aliquotiens communico cum eodem, sua pericula sibi secrecius intimando. Set per me flecti non poterit, vel justis racionibus informari. Faciam, tamen, quod potero, sperans quod aliquo tempore accipiet per graciam spiritum consilii sanioris. Paratus, tamen, sum et semper ero, auditis Partibus, Ordinacionem vestre Paternitatis inter nos admittere, et eam pro viribus adimplere, ipsumque interim caritative pertractare, prout vestra Sanctitas michi direxerit injungendum. Scripsissem vestre Dominacioni pluries, set omisi, et nunc scribere erubesco, quia hucusque non potui, nec adhuc sufficio, vobis servire in aliis, et, ut teneor, una cum Literis vos in aliquo Curialius visitare. De statu, autem, Regis et Regine nichil scribo ista vice, quia Senescallus Domini Regis, ad Curiam accedens, Paternitatem vestram super hiis, sicut oportet, plenius informabit.—Ad utilitatem Universalis Ecclesie, et precipue Anglicane, honorem vestrum augeat et auctum conservet Altissimus per tempora diu et prospere processura!—Datum apud Horsleghe, xxix die Augusti; *ibid.*

MEMORANDUM QUOD XIII DIE MENSIS OCTOBRIS CONSECRATUS FUIT DOMINUS WALTERUS, SUPERIUS ELECTUS NOMINATUS, ANNO UT [SUPRA—1308].

Preces Cardinalis Anglici pro Magistro Willelmo de Byrceam:—

Venerabili in Christo Patri, Domino Waltero, Dei gracia Episcopo Exoniensi, Frater Thomas, Ejusdem miseracione Titulo Sancte Sabine Presbiter Cardinalis, salutem et sinceram in Domino caritatem.—A vestra memoria non credimus excidisse quomodo bis vobis scripsimus manu nostra, requirentes corditer et rogantes quatinus viro discreto, Magistro Willelmo, compatriote nostro connutrito et Capelle continue commensali, quem commendant et attollunt conversacio honesta et diversarum facultatum noticia in pluribus studiis generalibus Scholasticis laboribus acquisita, cum bona experiencia in agendis, daretis in Ecclesia vestra Exoniensi Canonicatum pariter et Prebendam. Nunc, autem, preces illas tercio porrigimus pro eodem cum adjeccione subscripta, videlicet . . . . [At this point may be seen the remains of three leaves which have been cut out! The numbering of the folios passes from v to ix.]

REGISTRUM DE TEMPORE MAGISTRI WALTERI DE STAPELDONE, EXONIENSIS EPISCOPI; ET PRIMO DE HIIS QUE ACTA SUNT POST EJUS ELECCIONEM USQUE AD CONSECRACIONEM; POSTEA DE ALIIS SUBSEQUENTIBUS, UT INFERIUS APPAREBIT.—ANNO M°. CCC^mo SEPTIMO.

Memorandum quod Walterus de Stapeldone electus fuit concorditer in Exoniensem Episcopum Anno Domini Millesimo tricentesimo septimo—et tunc fuit Litera Dominicalis A—et per viam scrutinii; ita, videlicet quod

cum essent, quidam per se, quidam per Procuratores, viginti tres Canonici tunc presentes, quindecim in eundem Walterum, tres in Magistrum Thomam de Lecchelade, tunc Decanum, tres in Magistrum Thomam de Cherletone, et duo in Dominum Johannem de Godeleghe, in scrutinio direxerunt vota sua. Quo puplicato et facta collacione, omnes unanimiter in eundem Walterum consenserunt, et per Decanum Loci ipsum solempniter elegerunt. A qua Eleccione per Magistrum Ricardum de Plympstoke ad Sedem Apostolicam extitit appellatum. Verum, cum idem Electus esset in itinere ad Sedem Apostolicam veniendi, idem Ricardus in Curia Romana tunc Pictaviis existens Appellacioni sue renunciavit, et Renunciacionem suam eidem Electo transmisit; Domino Roberto [Winchelsey], Cantuariensi Archiepiscopo, ab Officio et Beneficio per Papam suspenso, et tunc in eadem Curia Romana personaliter existente, quem Summus Pontifex, die Sancti Mauri Abbatis [15 Jan.] tunc sequente, plenarie restituit ad premissa. Et, facta eidem Summo Pontifici plena suggestione de Eleccione, Appellacione, et Renunciacione predictis, commisit eidem Archiepiscopo, tunc restituto, et in Curia existenti, vices suas ad inquirendum in eadem Curia an predicte Appellacioni esset renunciatum absque pravitate, antequam ipsa esset Sedi Apostolice presentata, et si hoc inveniret ulterius procederet in eodem negocio idem Archiepiscopus jure suo, per se vel alios, in Partibus Anglicanis. Quo inquisito, invento, et legitime fuisse renunciatum pronunciato, idem Archiepiscopus vices suas in eodem negocio commisit, in forma que sequitur. —fol. 29.

Commissio,—

Robertus, permissione Divina Cantuariensis Archiepiscopus, Tocius Anglie Primas, Venerabili Fratri, Domino Symoni [de Gandavo], Dei gracia Sarumensi Episcopo, ac dilectis Filiis, Magistris Roberto de Ros, Officiali nostro, et Willelmo de Chadeleshunte, Archidiacono Wyltesyrie, salutem et sinceram in Domino karitatem.—Nuper, per mortem bone memorie Thome, quondam Exoniensis Episcopi, ipsa Exoniensi Ecclesia Pastore desolata, Magister Ricardus de Plympstoke, de Exemistre et de Uffculm Ecclesiarum Rector, dicte Diocesis Exoniensis, ac de eadem Dyocesi oriundus, contra Magistros Thomam de Lecchelade, Decanum, Walterum de Stapeldone, Precentorem Johannem de Bruetone, Cancellarium, Bartholomeum de Sancto Laurencio, Rogerum de Cherletone, Radulphum Germeyn, Exonie Tottonie, et Barnstapolie Archidiaconos in Ecclesia Exoniensi predicta Johannem de Upavene, Thomam de Cherletone, et Thomam de Hentone ipsius Ecclesie Canonicos, ne ipsi eligerent aut future Eleccioni interessent, et ne eciam quivis eorum in futurum Episcopum eligeretur et Pastorem in eadem Ecclesia Exoniensi, ex certis causis, ad Sacrosanctam Sedem Apostolicam appellavit; ac postmodum dicto Magistro Walterc de Stapeldone, dicte Exoniensis Ecclesie Precentore, per Decanum supra dictum ac ceteros superius annotatos, necnon et alios Canonicos dicte Exoniensis Ecclesie, Capitulum ejusdem Ecclesie constituentes, ut dicitur concorditer electo, et ab hujusmodi Eleccione ex parte ipsius Magistri Ricardi de Plympstoke ad dictam Sedem extitit iterato, ut asseritur, appellatum; a quibus Appellacionibus omnibus et singulis, antequam supradicte Sedi Apostolice fuissent presentate, pure, sponte, et absolute nulla pravitate interveniente, predictus Magister Ricardus de Plympstoke dicebatur recessisse, et eisdem Appellacionibus palam et expresse renunciasse. Ac tandem, premissis omnibus et singulis Sanctissimo Patri in Christo ac Domino, Domino Clementi, Divina Providencia Pap Quinto, per Venerabilem Patrem, Dominum Thomam, Dei gracia Titul Sancte Sabine Presbiterum Cardinalem, seriosius expositis et narratis, volui et mandavit idem Dominus Papa, per dictum Dominum Cardinalem, quo nos, tunc in dicta Romana Curia personaliter existentes, Auctoritat Apostolica in dicta Curia inquirere possemus an, antequam Appellacione hujusmodi fuissent dicte Sedi Apostolice presentate, sponte, nullaqu pravitate interveniente, recessum fuisset per Partem appellantem ab eisdem

et quod, hiis legitime compertis, in dicto Eleccionis negocio procederemus ex tunc jure nostro. Unde super hiis, secundum Formam nobis per dictum Dominum Papam demandatam, in dicto Inquisicionis negocio, vocatis in hac parte vocandis, rite procedentes, comperimus a dictis Appellacionibus, pure, sponte, ac nulla pravitate interveniente, antequam supradicte Sedi fuissent seu fuisset earum altera presentate seu presentata, per dictum Magistrum Ricardum de Plympstoke legitime esse et fuisse recessum ac expresse renunciatum eisdem. Nos utique considerantes quam sit Ecclesiis ipsis dampnosa vacacio, quam periculosa eciam animabus non solum jura testantur set magistra rerum efficax experiencia manifestat; volentes, igitur, prefate Exoniensis Ecclesie vacacioni, in quantum possumus, celeri remedio providere, vobis mandamus et cum cujuslibet Canonice cohercionis potestate committimus vices nostras, quatinus presentato vobis dicte Eleccionis negocio, cum debita celeritate, juris solempniis, ac aliis necessariis que in hac parte requiruntur, secundum naturam et qualitatem negocii, prout convenit, observatis, in ipso Eleccionis negocio cognoscatis et racione previa procedatis; et, si dictam Eleccionem inveneritis rite et Canonice celebratam, nec ipsi Electo quicquam obviet de Canonicis Institutis, auctoritate nostra eundem Electum et Eleccionem de se factam confirmetis. Quod si non omnes personaliter premissis exequendis poteritis interesse, vos, Frater Episcope, cum altero predictorum, juxta Formam prescriptam in ipso negocio procedatis. Et quid feceritis vos qui processeritis in hac parte reddatis [nos], expedito negocio, cerciores per vestras Patentes Literas harum seriem continentes. In testimonium, vero, premissorum sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Datum Pyctaviis, quinto Kalendas Februarii, Anno Domini Millesimo tricententesimo octavo, Consecracionis nostre quarto decimo [28 Jan., 1307-8]; *ibid.*

Memorandum de Confirmacione,—

Memorandum quod post Proclamacionem factam nomine omnium predictorum Commissariorum, Tercius Commissarius se excusavit in forma que infra scribitur; et duo alii, videlicet Episcopus Sarumensis et Officialis Curie Cantuariensis, in dicto negocio procedentes, die Mercurii in crastino Festi Sancti Gregorii [13 March], Anno Domini supradicto, Litera Dominicali tunc currente per F, propter mutacionem Literarum Dominicalium in Festo Sancti Mathie precedente, eo quod Bisextus erat anno illo, in Ecclesia Conventuali Radyngie, nullo comparente contradictore, predictum Electum et Eleccionem de ipso factam confirmarunt; et die Sabbati subsequente [16 March], apud Westmonasterium, Dominus Rex, recepta Fidelitate ab eodem Electo, ipsi bona Temporalia liberavit; prout super hiis diverse Litere inferius sunt contente.—fol. 29[b].

Excusacio Tercii Commissarii,—

Venerabili in Christo Patri ac Domino suo, Simoni, Dei gracia Sarumensi Episcopo, et Magistro Roberto de Ros, Officiali Curie Cantuariensis, Venerabilis Patris Domini Roberti, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, in negocio Eleccionis et Electi Ecclesie Exoniensis, Provincie Cantuariensis, sub certa forma Commissariis, Willelmus de Chadeleshunte, Archidiaconus Wyltesyrie, eorundem Collega in negocio memorato, salutem et omnem reverenciam et honorem.—Quia, certis ex causis impeditus, hac instanti die Lune proxima post Festum Sanctarum Perpetue et Felicitatis [11 March], in Ecclesia Conventuali Radyngie, cum diebus eidem continuandis et prorogandis, pro hujusmodi negocii examinacione personaliter adesse non valeo, vos rogo quatinus, absenciam meam excusatam habentes, in eodem negocio previa racione procedatis, presencia mea nullatenus expectata.—In cujus rei testimonium sigillum meum Presentibus est appensum.—Datum apud Lymyng, Cantuariensis Dyocesis, septimo die Mensis Marcii, Anno Domini Millesimo tricentesimo septimo [1307-8]; *ibid.*

Litera directa Regi, pro Temporalitate habenda,—

Excellentissimo Principi et Domino suo, Domino Edwardo, Dei gracia Regi Anglie illustri, Domino Hibernie, et Duci Aquitannie, Symon, Ejusdem permissione Sarumensis Episcopus, et Robertus de Ros, Officialis Curie Cantuarie, Venerabilis in Christo Patris, Domini Roberti, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, in infrascripto negocio una cum Magistro Willelmo de Chedeleshunte, Archidiacono Wyltesyrie, legitime in hac parte excusato, Commissarii speciales, salutem in Eo per Quem Reges regnant et Principes dominantur.—Cum nos Eleccionem, petita a Majestate vestra Regia eligendi Licencia et optenta, nuper factam in Ecclesia Cathedrali Exonie de Magistro Waltero de Stapeldone, Precentore ejusdem, in Episcopum Loci ipsius, cui Regium assensum adhibuistis pariter et favorem, sicut in confectis super hiis Literis Regiis plene liquet, tanquam de Persona ydonea Canonice celebratam, auctoritate a supradicto Domino Archiepiscopo specialiter ad hoc nobis commissa, duxerimus confirmandam, Dominacioni vestre premissa tenore Presencium intimamus, ut quod ad vos ulterius pertinere dinoscitur precipiatis, si placet, fieri cum favore.—Valeat et vigeat Excellencia vestra Regia in Summo Rege Regum pacifico per tempora feliciter duratura!—Datum Radyngie, tercio Idus Marcii, Anno Domini Millesimo tricentesimo septimo [13 March, 1307-8].—fol. 30.

Litera Regis pro Temporalitate liberanda,—

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitannie, Militibus, Liberis Hominibus, et omnibus aliis tenentibus de Episcopatu Exoniensi, salutem.—Cum Venerabilis Pater, Symon, Episcopus Sarumensis, et Magister Robertus de Ros, Officialis Curie Cantuarie, Commissarii Venerabilis Patris, Roberti, Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, Eleccionem nuper celebratam in Ecclesia Exoniensi de discreto viro, Magistro Waltero de Stapeldone, Precentore ejusdem Ecclesie, in Episcopum Loci illius, cui prius Regium Assensum adhibuimus et favorem, confirmaverit, sicut per Literas Patentes eorundem Episcopi et Officialis, nobis inde directas, nobis constat; nos, Confirmacionem illam acceptantes, cepimus Fidelitatem ejusdem Electi, et Temporalia Episcopatus predicti, prout moris est, restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus quod eidem Waltero, tanquam Episcopo et Domino vestro, in omnibus que ad Episcopatum predictum pertinent, intendentes sitis et respondentes in Forma predicta.—In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.—Teste meipso, apud Westmonasterium, xvj die Aprilis, Anno Regni nostri Primo; *ibid.*

Litera ad capiendum seysinam Temporalitatis,—

Walterus de Stapeldone, Electus Exoniensis Confirmatus, dilecto sibi in Christo, Domino Johanni Toylero, salutem in Domino sempiternam.—Ad recipiendum et tenendum, nostro nomine, seysinam de omnibus Maneriis, feodis, reditibus, et serviciis, cum suis pertinenciis quibuscumque, ad Episcopatum Exoniensem pertinentibus, te nostrum facimus Attornatum; ita, videlicet, quod ea que personaliter non poteritis per alium vel alios, quem, vel quos, ad premissa deputaveris, valeas adimplere. Ratum habituri quicquid per te, alium, vel alios feceris in hac parte.—Datum Londoniis, sub privato sigillo nostro, xvij die Marcii, Anno ab Incarnacione Domini Millesimo tricentesimo septimo; *ibid.*

[A Letter to the same effect and written on the same day follows, directed to Sir Geoffrey Lucy and William de Farnham, clerks].

Litera Commissariorum pro Spiritualitate liberanda,—

Viro provido et discreto, Magistro Willelmo de Kylkenny, Canonico Exoniensi, Custodi Spiritualitatis Exoniensis Civitatis et Dyocesis, Sede jampridem vacante, deputato, Symon, permissione Divina Sarumensis Episcopus, et Robertus de Ros, Officialis Venerabilis Patris, Domini Roberti, Dei gracia

Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, in infrascripto negocio, una cum Magistro Willelmo de Chadeleshunte, Archidiacono Wyltesyrie, in hac parte legitime excusato, Commissarii speciales, salutem in Auctore salutis.—Quia nos, auctoritate a dicto Domino, Cantuariensi Archiepiscopo, specialiter ad hoc nobis commissa, Eleccionem per Venerabiles Viros, Decanum et Capitulum Exonie de Magistro Waltero de Stapeldone in Episcopum Exoniensem Electo, nuperrime celebratam, Canonice duxerimus confirmandam, Administracionem Spiritualium in dictis Civitate et Dyocesi eidem Electo, prout justum extitit, concedentes, Discrecioni vestre auctoritate premissa mandamus quatinus eundem Electum, ut premisimus Confirmatum, in Spiritualibus hujusmodi ministrare libere deinceps permittentes, faciatis eidem suisque Ministris in Spiritualibus ipsis, quantum in vobis est, a Clero et Populo dictarum Civitatis et Dyocesis debite responderi. Bene valeatis!—Datum Radyngie, tercio Idus Marcii, Anno Domini Millesimo tricentesimo septimo [13 March, 1307-8].—fol. 30b.

Litera Commissariorum super Obediencia facienda Electo,—

Venerabilibus Viris et discretis Dominis, Decano et Capitulo Cathedralis Ecclesie Exoniensis, Simon, permissione Divina Saresbiriensis Episcopus, et Robertus de Ros, Officialis Curie Cantuarie, Venerabilis in Christo Patris, Domini Roberti, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., in infrascripto negocio, una cum Magistro Willelmo de Chadeleshunte, etc., Commissarii speciales, salutem in Domino sempiternam.—Presentatam nobis Eleccionem per vos de Magistro Waltero de Stapeldone, dicte Ecclesie vestre Precentorem, in Episcopum Exoniensem Electo, nuperrime celebratam, auctoritate a supradicto Domino Archiepiscopo specialiter ad hoc nobis commissa, examinare curavimus diligenter. Et, quia eandem Canonicam per omnia invenimus et concordem, ipsam auctoritate predicta rite duximus confirmandam. Ideoque Unitati vestre, auctoritate prefata, mandamus firmiter injungendo quatinus eidem Electo vestro, ut premisimus Confirmato, velut membra capiti obsequentes, in hiis que ad Spiritualia dicte Exoniensis Ecclesie pertinere noscuntur humiliter intendentes, obedienciam et reverenciam, cum debita subjeccione sibi taliter impendatis ut, per prompte devocionis obsequium, Illi placere possitis Qui Summo Patri Semetipsum factus Obediens immolavit; semper in Domino valituri.—Datum Radyngie, tercio Idus Marcii, Anno Domini Mmo CCCmo septimo [13 March, 1307-8]; *ibid.*

Commissio facta Rogero de Otery,—

Walterus, Dei gracia Electus, etc., dilecto sibi in Christo Magistro Rogero de Otery, Canonico Criditonie, Exoniensis Dyocesis, salutem in Vero Salutari. De vestre Discrecionis industria plenam in Domino fiduciam optinentes, ad recipiendum per vos, vel alium seu alios, juramenta Canonice Obediencie ab omnibus et singulis subditis nostris Civitatis et Dyocesis Exonie, a quibus nobis de jure vel consuetudine hec debentur, necnon in omnibus causis et negociis ad Jurisdiccionem nostram contenciosam in dicta Dyocesi pertinentibus, una cum inquisicione, correccione, et punicione excessuum subditorum nostrorum, ac eciam ad recipiendum Presentaciones ad Beneficia dictarum Civitatis et Dyocesis, Inquisicionum Literas concedendum ad easdem, Personasque presentatas in ipsis Beneficiis Canonice instituendum, et Curam animarum eisdem committendum; cum Personis Beneficiatis, Canonicum Titulum Institucionis habentibus, super non residenciam in suis Beneficiis, usque ad Festum Beati Michaelis proximo futurum, juxta Formam Constitucionis Domini Bonefacii Pape Octavi, que incipit—*Cum ex eo,* dispensandum; Literasque Dimissorias ad Ordines ab alieno Episcopo Catholico recipiendos quibuslibet Beneficiatis predictarum Civitatis et Dyocesis, Canonicum Titulum in ipsis Beneficiis habentibus, concedendum; necnon, omnia et singula faciendum sine quibus premissa, vel eorum aliqua, congrue expediri nequibunt; vobis vices nostras, cum Canonice cohercionis potestate, committimus per Presentes; Visitacionis Officium, necnon

Beneficiorum ad nos, jure nostro vel ad nos devoluto quomodolibet spectancium Collacionem, necnon quibuslibet Clericis sepedictarum Civitatis et Diocesis non Beneficiatis Literas Dimissorias ad Ordines suscipiendos concedendi potestatem, vobis adimentes omnino ; hujusmodi Commissionis nostre effectu quousque ipsam Commissionem duxerimus revocandam duraturo.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum quo nomine Precentorie nostre in Ecclesia Exoniensi utebamur Presentibus duximus apponendum.—Datum Radyngie, ij Idus Marcii, Anno Domini M°. CCC^mo^. septimo [14 March, 1307-8.—fol. 30^b^.

THE RENT-ROLL OF THE SEE OF EXETER, A.D. 1307-8.

(Folios 9—11).

REDDITUS ASSISUS EPISCOPATUS EXONIENSIS SOLVENDUS PER TERMINOS, ET ALIA CERTA EODEM MODO SOLVENDA AD CERTOS TERMINOS:—

DEVONIA:—

Tautone [*Bishop's Tawton*]—Redditus,—

De redditu assiso tam villanorum quam liberorum Manerii per annum liiij*li.* iiij*s.* iij*d. ob.*

Unde solvuntur in Termino Sancti Michaelis xiij*li.* xv*j*s. *ob. quad.*—In Termino Natalis Domini xiij*li.* ix*s.* iiij*d. ob.*—In Termino Pasche xiij*li.* ix*s.* v*d. ob. quad.*—In Termino Nativitatis Beati Johannis Baptiste xiij*li.* ix*s.* iiij*d.*

Nyweport—Redditus,—

De redditu Burgi de Nyweport per annum xvj*li.* viij*s.* x*d.*—Et solvitur redditus ejusdem Burgi in Quatuor Terminis Principalibus per equales porciones; videlicet, ad quemlibet Terminum iiij*li.* ij*s.* ij*d. ob.*

Summa totalis redditus assisi lx*li.* xiij*s.* j*d. ob.*

Chursectum[1]—redditus,—De chursecto gallinarum ad Festum Sancti Martini 30 galline.

De redditu piperis ad Festum Sancti Michaelis ij*lib.*

Nymetone [*Bishopsnympton*]—Redditus,—

De redditu assiso per annum xij*li.* vj*s.* v*d.*—Unde ad Terminum Sancti Michaelis lxiij*s.* vij*d. quad.*—Ad Terminum Natalis Domini lx*s.* vij*d. quad.*—Ad Terminum Pasche lxj*s.* vij*d. quad.*—Ad Terminum Nativitatis Beati Johannis Baptiste lx*s.* vij*d. quad.*

Redditus,—De cera ad Festum Sancti Michaelis iij*li.*—Et j libra cymini ad eundem Terminum.

Summa xij*li.* vj*s.* v*d.*

Criditone—Redditus,—

De redditu Manerii ibidem, tam liberorum quam villanorum, xxxiiij*li.* vij*s.*—Unde solvuntur ad Festum Sancti Michaelis viij*li.* xv*j*s. j*d.* Ad Festum Natalis Domini viij*li.* viij*s.* ix*d.* Ad Festum Pasche viij*li.* xij*s.* vij*d.* Ad Festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste viij*li.* ix*s.* vij*d.*

Criditone Burgus,—De redditu Burgi lix*s.* xj*d.*—Unde ad Festum Pasche xxix*s.* xj*d. ob.* Et ad Festum Sancti Michaelis xxix*s.* xj*d. ob.*

Summa totalis redditus xxxvij*li.* vj*s.* xj*d.*

Molendina,—De firma duorum molendinorum Criditone xj*li.* vj*s.* viij*d.*; solvendo in Quatuor Terminis Principalibus.

De firma molendini de Nepeworthe xxxv*j*s., solvendi in eisdem Quatuor Terminis.

De firma molendini de Cnolle xx*s.*, solvendi ad eosdem Terminos.

De firma molendini fullatici Criditone xxiiij*s.*, solvendi ad eosdem Terminos.

Summa totalis firme molendinorum xv*li.* vj*s.* viij*d.*

This is the Ciric-sceat, or Church-scot, of the Anglo-Saxons (*see* Lingard's Anglo-Saxon Church, vol. i. p. 190); but in the Western Dioceses it appears to have been paid in poultry, and not in grain or seed. It occurs in that form in the Rentals of Winchester Diocese. See the Custumal of St. Swithun's Priory, penes Decanum et Capitulum Wintonie. — Smirke, in Oliver's *Monasticon.*

Berbiagium,—De berbiagio ad Terminum de La Hockeday,[1] uno anno xxvj oves matrices, et alio anno xxj oves matrices et v hogges.[2]

Morcet [*Morchard-Bishop*]—Redditus,—

De redditu assiso per annum vij*li.* xj*s.* ix*d. ob.* solvendo ad Festum Sancti Michaelis xl*s.* iiij*d. ob.* Ad Festum Natalis Domini xxxvj*s.* vj*d. quad.* Ad Festum Pasche xxxviij*s.* iiij*d. ob.*

Molendinum,—De firma molendini per annum xl*s.*, solvendi in Terminis Principalibus per equales porciones.

Dominicum.—De firma dominici per annum l*s.*, solvendi in Quatuor Terminis Principalibus per equales porciones.

Summa tocius redditus firme, molendini, et dominici, xij*li.* xxj*d. ob.*

Berbiagium,—De berbiagio ad Terminum de la Hockeday, j ovis matrix et j hogge, vel xxij*d.*

Clyst [*Bishop's Clyst*],—

De redditu assiso ibidem vj*li.* ij*s.* ij*d. ob.*—Unde solvuntur in Termino Sancti Michaelis xxxiij*s.* xj*d. ob.* In Termino Natalis Domini xxix*s.* v*d.* In Termino Pasche xxix*s.* v*d.* In Termino Natalis Beati Johannis Baptiste xxix*s.* v*d.*

Summa vj*li.* ij*s.* ij*d. ob.*

Flokestone [*Fluxton, in Ottery St. Mary*],—

De redditu ibidem per annum ad voluntatem, lxxiij*s.* iiij*d.* solvuntur in Quatuor Terminis Principalibus, per equales porciones.

Deducto redditu dimidie marce, debito Dominis de Otery Sancte Marie.

Summa lxxiij*s.* iiij*d.*

Chuddeleghe—Redditus,—

De redditu assiso per annum xiiij*li.* vs. ij*d.*—Unde solvuntur in Termino Sancti Michaelis iiij*li.* iiij*s.* ix*d. ob.* In Termino Natalis Domini lxvj*s.* ix*d. ob.* In termino Pasche lxvj*s.* ix*d. ob.* Et in Termino Natalis Beati Johannis Baptiste lxvj*s.* ix*d. ob.*

Item, de redditu in Termino Natalis Domini xxiiij Wodecockes, vel xij*d.*, pro Eleccione Domini.

Novum Burgum,—Item, de redditu Novi Burgi per annum xxvij*s.* vij*d. ob.* solvuntur in Quatuor Terminis Principalibus, per equales porciones.

Item, de firma molendini fullatici per annum xx*s.* solvuntur in Quatuor Terminis Principalibus, per equales porciones.

Summa xvj*li.* xiij*s.* ix*d. ob.*

Berbiagium,—Item, de berbiagio ad Terminum de Hockeday xxxiij oves matrices, preter decimam et alia.

Chursectum,—Item, de chursecto ad Festum Sancti Martini lxx galli.

Teyngtone [*Bishopsteignton*]—Redditus,—

De redditu assiso ibidem per annum xv*li.* xiij*s.* iij*d. ob. quad.* Unde in Termino Sancti Michaelis lxxviij*s.* iiij*d.* In Termino Natalis Domini lxxviij*s.* iiij*d.* In Termino Pasche, lxxviij*s.* iiij*d.* ; et in Termino Natalis Beati Johannis Baptiste lxxviij*s.* iij*d. ob. quad.*

Summa xv*li.* xiij*s.* iij*d. ob. quad.*

Item, de redditu piperis in Festo Sancti Michaelis, ij*lib.*

---

[1] *See* Aleborne (Gen. Index), *note.*

[2] The rent of sheep constantly occurs in Western Rentals, but has mostly become a fixed money rent, called *barbage*, paid and received without the slightest knowledge of its meaning by either party. The aliquot parts of sheep are more distinctly stated in Testa de Nevill, pp. 201—203.—Smirke, in the *Monasticon.*

Berbiagium,—Item, de berbiagio ad la Hockeday v oves matrices et v hogges, preter decimam.

Chursectum,—Item, de redditu gallinarum ad Festum Sancti Martini, deductis acquietanciis et defectibus, iiij^{xx} v galline.

Tengemue [*Teignmouth*],—

De redditu assiso ibidem per annum xv*li.* xvj*s.* Unde solvuntur ad Terminum Pasche vij*li.* xviij*s.* Et in Termino Sancti Michaelis vij*li.* xviij*s.*

Stallagium,[1]—De stallagio ibidem et aliis proficuis, aliquando plus, aliquando minus ; et propterea nichil hic ponitur. Summa xv*li.* xvj*s.*

Peyngtone, —

De redditu assiso ibidem per annum xlviij*li.* ix*s.* vj*d. ob. quad.*,—Unde solvuntur in Termino Sancti Michaelis xij*li.* ij*s.* x*d. ob.* In Termino Natalis Domini xij*li.* xxij*d. ob.* In Termino Pasche xij*li.* ij*s.* xj*d. ob.* Et in Termino Natalis Beati Johannis Baptiste xij*li.* xxij*d. quad.*

Firma molendini,—De firma molendini per annum xij*li.* xviij*s.* solvuntur in Quatuor Terminis Principalibus, ad quemlibet Terminum lxiiij*s.* vj*d.*,—tamen firmarii recusant firmam.

Redditus de cymino ad Terminum Sancti Michaelis dimidia libra.

De redditu de Rostwode, ad Festum Sancti Martini x*s.* j*d.*

Relaxaciones,—De relaxacione facture cxlviij cleiarum [ad] faldam[2] ad le (*sic*) Hockeday, iiij*s.* vj*d.*

De relaxacione camere forinsece purgande ad Festum Sancti Michaelis, xij*d.*

De relaxacione facture trium portarum [de] Bartonis de Peyngtone, Stoke, et Mergheldone [*Marldon*] ad eundem Terminum, xviij*d.*

De relaxacione messure xx acrarum avene de hominibus de harebanno[3] in eodem Termino, v*s.*

Chursectum,—De chursecto gallorum ad festum Sancti Martini, preter acquietancias et defectus, uno anno cvj galli, et alio anno cxj galli.

Berbiagium.—De berbiagio ad la Hockeday, preter decimam et acquietanciam, cxxiiij oves matrices et xj hogges.

Summa redditus firmarum molendinorum et relaxacionum lxij*li.* x*s.* vij*d. ob. quad.*

Ashpertone [*Ashburton*].

Forum—De redditu assiso per annum xviij*li.* viij*s.* viij*d. ob.*, unde solvuntur in Termino Sancti Michaelis iiij*li.* xiij*s.* iij*d. ob. quad.* In Termino Natalis Domini iiij*li.* xj*s.* ix*d. ob. quad.* In Termino Pasche iiij*li.* xj*s.* ix*d. ob. quad.* In Termino Natalis Beati Johannis Baptiste iiij*li.* xj*s.* ix*d. ob.*

De oxgabulo per annum vij*s.* vj*d.* ad Quatuor Terminos Principales.[4]

De piscaria per annum ij*s.* in Quatuor Terminis Principalibus.

Firma molendinorum, — De firma molendinorum in Quatuor Terminis, ix*li.* iij*s.* vj*d.* Summa xxviij*li.* xx*d. ob.*

Ashpertone, Burgus,—De redditu assiso per annum xvj*li.* xvj*s.* viij*d.* solvuntur in Quatuor Terminis Principalibus.

De redditu cimini ad Festum Sancti Michaelis j *libra.*

Summa xvj*li.* xvj*s.* viij*d.*

Summa tocius redditus assisi Maneriorum in Devonia cclxxj*li.* x*s.* iiij*d.* ; unde solvuntur ad Terminos—

---

[1] Standings in fairs or markets—*ibid.*

[2] *cleia*—"tabula viminibus aut virgultis contexta" ; a hurdle. *Falda*—"septum in quo pastores includunt oves" (*D'Arnis*).

[3] hareb', MS.—"Herebannum . . . . pro operis quas vassalli Domini debent, aut earum redemptione, usurpatur" (*D'Arnis*).

[4] Oxgabulum is, perhaps, the render of oxen, occasionally mentioned in Domesday.—*Smirke.*

Sancti Michaelis . . . . . lxxiiij*li.* iij*s.* viij*d.*
Natalis Domini . . . . . lxij*li.* xj*s.*
Pasche . . . . . lxxij*li.* v*s.* j*d.*
Beati Johannis . . . . . lxij*li.* x*s.* vij*d.*

Summa firmarum molendinorum dictorum Maneriorum, preter molendina de Tautone, Nymetone, Clyst, Chuddeleghe, et Teyngtone, que sunt in manu Domini xxxix*li.* viij*s.* ij*d.*, que solvuntur ad Terminos Sancti Michaelis, Natalis Domini, Pasche, et Nativitatis Beati Johannis, per equales porciones; videlicet, ad quemlibet Terminum ix*li.* xvij*s. ob.*

Summa tocius redditus assisi Maneriorum cum firmis molendinorum cccx*li.* xviij*s.* vj*d.*; unde solvuntur ad Terminos

Sancti Michaelis . . . iiij^{xx}iiij*li.* viij*d. ob.*
Natalis Domini . . . . . lxxij*li.* viij*s. ob.*
Pasche . . . . . iiij^{xx}ij*li.* ij*s.* j*d. ob.*
Beati Johannis . . . . . lxxij*li.* vij*s.* vij*d. ob.*

Preterea solvuntur apud Peyngtone in Festo Sancti Martini, de redditu de Rostwode x*s.* j*d.*

Item de relaxacionibus facture cleiarum ad faldam a la Hockeday, iiij*s.* vj*d.*

Item de relaxacionibus camere forinsece Domini purgande ibidem, ad Festum Sancti Michaelis xij*d.*

Item de relaxacionibus trium portarum de Bertonis Peyngtone, Stoke, et Merledone, ad eundem Terminum xviij*d.*

Item de relaxacionibus messure xx acrarum avene de hominibus de hareb-anno, ad eundem Terminum, v*s.*

Summa xxij*s.* j*d.*

Summa tocius berbiagii in Devonia ciiij^{xx}ix oves matrices et xvij hogges uno anno; et alio anno ciiij^{xx}iiij oves et xxij hogges; et solvuntur a la Hockeday.

Summa gallinarum de chursete cciiij^{xx}xj galline uno anno; et alio anno cciiij^{xx}xvj galline; et solvuntur in Festo Sancti Martini.

CORNUBIA.

Poltone [*in St. Breoke*]—Redditus,—

Redditus assisus ibidem per annum, secundum compotum, lvij*li.* xv*s.* iij*d.* Inde subtrahuntur in defectu, nunc, iiij*li.* xv*s.* ix*d.* per annum; et in acquietanciis per annum xvij*s.*; et Priori de Sancto Karoco[1] pro annua Pensione pro Advocacione Ecclesie de Alternon, quam Ecclesiam Canonici Exonie habent in proprios usus, lxv*s.* viij*d.* Et sic remanent Domino xlviij*li.* xv*s.* x*d.* De quibus solvuntur in Festo Sancte Crucis xxij*li.* vij*s.* iij*d.*, et in Festo Omnium Sanctorum xxvj*li.* viij*s.* vij*d.*

Summa xlviij*li.* xv*s.* x*d.*

Firma molendinorum,—De firmis iij molendinorum per annum lxxv*s.* iiij*d.* ad Terminos predictos equaliter.

Clefwarda,[2]—Item, est ibidem quidam redditus qui appellatur clefwarda, uno anno xx*s.* et alio anno xiij*s.* iiij*d.*; et solvitur totum in Festo Omnium Sanctorum.

Berbiagium,—Sunt ibidem ad Calemaii ccvj oves matrices de berbiagio, preter decimam et acquietanciam, et xiiij hogges dim. et xx agni.

Nota: Auxilium,—Item, de auxilio sokemannorum, in Festo Purificacionis iiij*li.* ix*s.* x*d.* Et x*s.* de auxilio nativorum. Et de arura eorundem xix*s.*

Berners [*in Egloshayle*]—Redditus,—

Redditus assisus ibidem per annum xxj*li.* xix*s. ob.*; unde solvuntur in Festo Purificacionis lxxiiij*s. ob.* Et ad Calemay vij*li.* v*s.* Et in Festo Sancti Laurencii lxxiiij*s.* Et in Festo Omnium Sanctorum vij*li.* vj*s.*

---

[1] *See* Vol. I. (Bronescombe), pp. 245, 246.

[2] *See ibid.*, p. 199, note 4. It is supposed to have been "a commutation for the Cliffguard-service due to some Castle" (*Oliver*).

Nota: Auxilium,—Item, de auxilio sokemannorum, in Festo Purificacionis viij*s.*
Firma molendinorum,—Et de firma molendinorum duorum in quatuor Terminis xlvj*s.* viij*d.*
Berbiagium,—Item, berbiagium viij oves dimid. Item viij agni dim., preter decimam. Et de gabulo[1] cum berbiagio x*d. ob. quad.*

Lawyttone—Redditus,—

Redditus assisus ibidem per annum xix*li.* vj*d. ob.*; unde solvuntur in Festo Sancte Crucis ix*li.* viij*s.* ix*d. quad.* Et in Festo Omnium Sanctorum ix*li.* xj*s.* ix*d. quad.*
Auxilium,—Item, de auxilio sokemannorum, in Festo Omnium Sanctorum xxij*s.* ij*d. quad.* Et de auxilio nativorum xxij*s.* Set hoc est ad voluntatem Domini.
Firma molendinorum,—Item, de firmis duorum molendinorum bladi et j foleratici[2] per annum lxxiij*s.* viij*d.* Et duo molendina bladi sunt in manu Domini, que solebant reddere per annum xxvii*s.*
Berbiagium,—Item de berbiagio lxix oves dim. ped. Item in decima vij.

Sanctus Germanus—Redditus,—

Redditus assisus ibidem per annum x*li.* xj*s.* v*d.*; et solvitur ad duos Terminos, scilicet ad Calemay et ad Festum Omnium Sanctorum, equis porcionibus.
Nota: Auxilium,—Item, auxilium sokemannorum, in Festo Purificacionis v*s.* vj*d.* Item, auxilium nativorum communiter cx*s.*, ad voluntatem Domini.
Arura.—Item dicti nativi arabunt, quolibet anno, lxj acras,—precium acre vj*d.*
Firma molendinorum, — Item, de firma j molendini bladi, per annum xliij*s.* iiij*d.*, ad Quatuor Anni Terminos. Item j molendinum, quod solebat reddere per annum xliij*s.* iiij*d.*: est nunc wastum post mortem Domini Thome, Episcopi, quia Galfridus de Hyskyn fregit bedum illius capitis[3] in terra sua propria de tempore de quo non existat memoria, et sic injuste; et nichil habet in feodo Episcopi, ut dicitur.
Item, sunt ibidem de berbiagio lxxj oves iij ped. ov. Inde in decima vij, in acquietancia j piperi j ovis.

Tregaer—Redditus,—

Redditus assisus ibidem per annum xix*li.* x*s.* ix*d.* De quibus solvitur in Festo Sancte Crucis ix*li.* xiiij*s.* vij*d. ob.* Et in Festo Omnium Sanctorum ix*li.* xv*j*s. i*d. ob.*
Nota: Auxilium et arura,—Auxilium sokemannorum in Festo Purificacionis vij*s.* Arura convencionariorum et nativorum in predicto Festo valet v*s.*
Molendinum,—Item, est ibidem unum molendinum marinum, quod solebat reddere per annum xl*s.*; et non est in manu Domini.
Berbiagium,—Berbiagium ibidem ad Calemay remanens Domino xxxviij oves matrices, iij ped. ov. et 1 agnus, preter decimam et acquietanciam.

Penrin,—

Burgus,—Redditus assisus per annum vij*li.* xiij*s.* ij*d. ob.* Inde in defectu redditus per annum xj*s.* xj*d.*
Et sic remanent Domino vij*li.* xv*d. ob.*, solvendo in Festo Omnium Sanctorum et ad Kalemay, equis porcionibus.

Penryn—Redditus,—

Forum,—Redditus assisus per annum xxvj*li.* vij*s.* v*d.* Inde in defectu redditus per annum xlix*s.* vj*d.*; et sic remanet Domino xxiij*li.* xvij*s.* xj*d.* Unde solvitur ad Calemay xj*li.* xv*j*s. v*d.* Et in Festo Omnium Sanctorum xij*li.* xviij*d.*

---

[1] *gabulum*—census, tributum, reditus (*D'Arnis*).

[2] *folereus*, i.q. fullonius (*D'Arnis*).—*Foler'* here, and *folerat'*, page 28, line 7, in the MS.

[3] *caput aquæ*—fons,—*caput molendini*—caput unde aqua currit ad molendini exclusa (*D'Arnis*). *Exclusa*—locus ubi concluduntur aquæ.

Auxilium, arura et relaxaciones.—Item, auxilium sokemannorum in Festo Purificacionis xv*d.*—Item, de arura relaxanda in predicto Festo iij*s.* vj*d.* Item de relaxacione messure eorundem in autumpno ij*s. ob. quad.*

Redditus,—De redditu terre locate per annum, nunc, xlix*s.* x*d.* ; solvendo ad duos anni Terminos predictos.

Firma molendinorum,—Item, de firma iiij molendinorum bladi et j molendini foleratici, per annum xiij*li.* vj*s.* viij*d.* ; solvendo in Festo Omnium Sanctorum, in Festo Purificacionis, ad Calemay, et in Festo Sancti Laurencii, equaliter.

Berbiagium,—Item, berbiagium xxij oves et xiiij hogges, preter decimam et acquietanciam.

Kaergaul [*in St. Newlyn*]—Redditus,—

Redditus assisus per annum xlj*li.* xvj*s.* xj*d.* Inde in defectu redditus per annum, propter debilitatem terrarum, xviij*s.* ix*d.* Et pro redditu Manerii Prioris Bodminie in Festo Pasche iiij*s.* pro omni servicio. Et sic remanet Episcopo, per annum, xl*li.* xiiij*s.* ij*d.* Unde solvuntur ad Pascha x*li.* vij*d.* In festo Nativitatis Beati Johannis x*li.* vij*d.* ; in Festo Sancti Michaelis x*li.* xij*s.* v*d.* ; et in Festo Natalis Domini x*li.* vij*d.* Item, in iiij acris in Sancto Colano ij*s.* de redditu per annum, ad iiij predictos Terminos.

Firma molendinorum,—Item, de firma iiij molendinorum per annum iiij*li.* xv*s.*, ad quatuor predictos Terminos, equaliter.

Redditus et auxilium,—Item, de auxilio nativorum in Festo Sancti Michaelis viij*s.* Item, redditus terre locate, nunc, xxx*s.* xj*d.* in Festo Sancti Michaelis.

Redditus et arura,—Item, de arura, in Festo Purificacionis xiij*s.* viij*d.* Item, ij*li.* dimid. cymini, de redditu, in Festo Sancti Michaelis.

De berbiagio iiij oves, j hogastre.

Summa tocius redditus assisi ciiij^{xx}xv*li.* xiij*s.* viij*d.* ; unde solvuntur ad Terminos—

Omnium Sanctorum	lxxv*li.*	iiij*s.*	x*d.*
Purificacionis	lxxiiij*s.*	*ob.*	
Invencionis Sancte Crucis . .	lxx*li.*	xiij*s.*	iiij*d.*
Pasche	x*li.*		xiij*d.*
Sancti Laurencii	lxxiiij*s.*		
Sancti Johannis Baptiste . . .	x*li.*		xiij*d.*
Sancti Michaelis	xii*li.*	iij*s.*	x*d.*
Natalis Domini.	x*li.*		xiij*d.*

Summa tocius auxilii xiiij*li.* ix*d. quad.* De quibus solvuntur ad Terminos.

Purificacionis	xj*li.*	x*s.* vij*d.*
Omnium Sanctorum	xlij*s.*	ij*d. quad.*
Sancti Michaelis.	viij*s.*	

Summa arure et messure relaxatarum per annum, lxxiij*s.* viij*d. ob. quad.* ; et solvuntur in Festo Purificacionis.

Summa firmarum molendinorum, xxx*li.* viij*d.* ; de quibus solvuntur in Terminis

Omnium Sanctorum. . .	viij*li.*	iij*s.*	viij*d.*	
Purificacionis	iiij*li.*	ix*s.*	ij*d.*	
Sancte Crucis	viij*li.*	iij*s.*	viij*d.*	Preterea sunt in manu Domini
Sancti Laurencii	iiij*li.*	ix*s.*	ij*d.*	apud Poltone ij molendina,
Pasche	xxiij*s.*		ix*d.*	apud Lawittone ij molendina,
Johannis Baptiste	xxiij*s.*		ix*d.*	apud Sanctum Germanum j
Sancti Michaelis	xxiij*s.*		ix*d.*	molendinum vacuum, et apud
Natalis Domini	xxiij*s.*		ix*d.*	Tregaer j molendinum.

[For Additional Notes on some of the difficulties in this Document, *see* APPENDIX].

GENERAL INDEX.

[Abbreviations,—"*Ord.*" for "Ordination-Lists": *Ord. Pris.* for the Lists of Prisoners confined in the Bishop's Prison, entered among the Ordination-Lists: "*L*" for "Royal Letters and Writs."]

A.

Ab Gwylim, Philip, presents to Martinhoe; 128^{b}.

Abbots and Abbesses, Benediction of,—

Stephen [Gravesend], Bp. of London, grants his Licence to the Bp. of Exeter for the exercise of his ordinary jurisdiction herein, within the City and Diocese of London (Idus Marcii—15 March, 1324-5); 184.

Abyndone, Symon de; L 200.

Achym, John (of St. Neot), inst. to St. Neot; 139.

Actone, Nicholas de, inst. to Silverton; 169.

Addestone, William (son of Gilbert) de; L 197.

Aisleghe, John de, *see* Whitchurch; 165^{b}.

Alba Marlia (Albemarle), Sir Geoffrey de, Knt.; "*Correccio*,"—

Dominus Galfridus de Alba Marlia, Miles, conjugatus, super adulterio cum Gonnota Snellyng coram Domino convictus, predictum peccatum cum eadem, necnon loca suspecta, abjuravit; necnon ad uxoris sue legitime pertractacionem maritalem ex habundanti sacramento corporali se astrinxit; promittens et obligans se ad elemosinam Domini in xx marcis, infra mensem a tempore quo super recidivo premissorum convictus fuerit solvendis; et, reservata Penitencia publica pro dicto delicto infligenda, absolutus fuit a Sentencia Majoris Excommunicacionis, qua pro contumaciis in hac parte contractis extitit innodatus (1 May, 1310); 50.—He presents to Lympstone; 50^{b}, 52^{b}.

Alblewelyn, John de, V. of Fremington, resigns; 152^{b}.

Albo Dyoto (*also written* Albo Doyto), Richard de, presented to Otterton Priory; 114; is inst. thereto; 114^{b}: 141.

Albo Monasterio (Blanchminster), Sir Ranulph, Knt.—*See* Scilly, Isles of; 117^{b}, 122: presents to Wyke-St. Mary; 183^{b}.

Albo Monasterio, Richard de; L 191.

Aleborne,—

fol. 18b. librarum. Et hoc offert verificare pro Domino Rege, etc. Et predictus Johannes Episcopus, in propria persona sua, venit et defendit vim et injuriam et quicquid est in contemptum Regis, etc. Et dicit quod predicta Ecclesia de Boseham non est Libera Capella Domini Regis, et hoc paratus est verificare, prout Curia Domini Regis consideraverit. Et super hoc quesitum est per predictum Adam, qui sequitur, etc., a predicto Episcopo, ac eciam per Justiciarios, si aliud velit dicere pro responsione in premissis, etc. Et Episcopus dicit quod ipse tenet se ad responsionem predictam, etc. Et predictus Adam qui etc., dicit quod predictus Episcopus vocatus est ad Curiam hic ad respondendum Domino Regi de eo quod idem Episcopus Jurisdiccionem Ordinariam exercuit in Capella Regis predicta, contra Prohibicionem Regiam, sicut predictum est, et non ad respondendum an predicta Ecclesia de Boseham sit Libera Capella Regis nec ne ; set idem Episcopus non dedicit quin Jurisdiccionem Ordinariam ibidem exercuit et exercere presumpsit, contra Prohibicionem Regiam ; nec hujusmodi factum suum in hac parte justificat nec justificare curat, ut Loci Ordinarius, set tanquam Jurisdiccionem Ordinariam non habens dicit quod predicta Ecclesia non est Libera Capelle Domini Regis, et hoc verificare pretendit ; que, quidem, verificacio sortitur naturam meri juris super libertate Capelle predicte et non ad acquietacionem predicti Episcopi quoad transgressionem predictam, et que verificacio super isto Brevi de transgressione non est acceptanda. Petit judicium pro Domino Rege de predicto Episcopo tanquam indefenso, etc. Et predictus Episcopus dicit quod ex quo Dominus Rex causam istius querele sumit ex eo quod dicitur quod predicta Ecclesia est Libera Capella ipsius Domini Regis ; ad quod idem Episcopus respondet quod Ecclesia illa de Boseham non est Libera Capella Regis ; et, si eadem non sit Libera Capella Regis, tunc idem Episcopus erga Dominum Regem in nullo in hac parte deliquit, et idem Episcopus verificare pretendit quod Ecclesia illa non est Libera, etc., videtur ei quod responsio ista sibi sufficere debet in hac parte, et se tenet ad responsionem istam. Et predictus Adam, qui sequitur, etc., dicit, ut prius, quod Episcopus Cicestrensis non dedicit quin Jurisdiccionem Ordinariam exercuit in Capella predicta, precipue in Choro, etc., (*ut supra*) ; nec idem Episcopus dicit quod ipse est Ordinarius illius Loci, nec quod ad ipsum Episcopum quovismodo pertineat Jurisdiccionem Ordinariam ibidem exercere, nec aliquid aliud dicit, nec dicere curat super sibi, ut predicitur, impositis, nisi tantum quod dicat quod Ecclesia illa non est Libera Capella Regis, et hoc verificare pretendit ; que quidem, verificacio non est admittenda, ut predictum est. Petit Judicium pro Domino Rege, ut prius, etc. Et idem Adam ab istis pro Domino Rege allegatis non recedendo, nec ea seu eorum aliquod relinquendo, nec predictam responsionem predicti Episcopi aliqualiter acceptando, dicit quod, ad pleniorem informacionem Curie in premissis, quod quidam Magister Robertus de Leiset, Archidiaconus Cicestrie, et Robertus de Enderby, ejus Officialis, alias attachiati fuerunt ad respondendum Domino Regi de consimili Placito, quare scilicet, cum predicta Ecclesia de Boseham sit Libera Capella Domini Regis, et ab omni Jurisdiccione Ordinaria, precipue quantum ad Chorum, etc., (*ut supra*), exempta penitus et immunis, predicti Archidiaconus et ejus Officialis Jurisdiccionem Ordinariam in Choro, etc., per se, et suos nomine ipsorum, exercere presumpserunt, etc. ; super quo, quidem,

Placito, quia videbatur Curie quod expediens fuit pro Domino Rege cerciorari per Librum de Domesday, Librum Feodorum, et alia dictam Ecclesiam tangencia in Thesauraria Regis existencia, super libertate Capelle Regis predicte, mandatum fuit Thesaurario, Baronibus, et Camerariis de Scaccario Domini Regis quod, scrutatis predictis Libris et aliis evidenciis, mitterent ea que inde contigeret inveniri coram Domino Rege, etc. Et, postea, predicti Thesaurarius, etc., miserunt Recordum Libri de Domesday, in quo sub titulo qui dicitur,—Inter Terras Regis in Comitatu Sussexie continentur hec verba : Rex Willelmus tenet in dominio Boseham. Item, in eodem Libro de Domesday, sub titulo qui sic scribitur,—Inter Terras Osberti Episcopi in Comitatu predicto, continentur hec verba:—Osbertus, Episcopus, tenet etc. (*ut supra*). Item, subsequenter, sub eodem titulo,
fol. 19. continentur hec verba :—Decimam Ecclesie Clerici tenent. Item Thesaurarius et Camerarius miserunt Recordum Libri Feodorum sub hiis verbis (*ut supra*). Item, in nono folio (*ut supra*). Item, in folio xv°. (*ut supra*). Item, miserunt predicti Thesaurarius, etc., transcriptum Recordi cujusdam Placiti coram Johanne de Metyngham et Sociis suis, Justiciariis Domini Regis de Banco (*ut supra*) ; in quo Recordo continetur quod per quandam juratam, inter predictos Episcopum et Comitem ibi captam, compertum est quod predictus Episcopus tenet Capellam de Boseham, que est Libera Capella Domini Regis. Item, miserunt Thesaurarius et Camerarius Cartam Domini Henrici quondam Regis Anglie, etc., in qua, quidem, Carta continetur (*ut supra*). Item dicit pro Domino Rege, predictus Adam, qui sequitur, etc., quod per quandam juratam coram Domino Rege alias captam super predicto Placito moto inter ipsum Dominum Regem et predictum Archidiaconum, compertum est quod Episcopi Exonienses, ex concessione Regum Anglie, Progenitorum Regis nunc, conferunt Prebendas, etc., (*ut supra*) ; et quod predicti Canonici, seu eorum Prebende, etc., nunquam per aliquem Archidiaconum Cicestrensem, etc. visitati fuerunt ; nec aliquam Jurisdiccionem Ordinariam in eis exercuerunt, quousque dictus Archidiaconus, et ejus Officialis, qui nunc sunt etc. (*ut supra*), exercuerunt. Et dicit quod ista omnia coram Domino Rege alias transmissa, ut predicitur, irrotulata sunt in Rotulis Placitorum coram H. le Scrope et Sociis suis, Justiciariis Domini Regis, ad Placita coram ipso Rege tenenda assignatis, prout per inspeccionem Rotulorum eorundem liquere poterit manifeste. Unde idem Adam, qui sequitur, etc., dicit quod per premissa contenta in predictis Libris, Carta Regis, et Recordis, coram Rege alias transmissis, sicut predictum est, et eciam per predictam juratam, captam inter ipsum Dominum Regem et predictum Archidiaconum, sufficienter ostenditur quod Rex est in possessione libertatis Capelle predicte, quod hec sufficere debent pro
fol. 19b. Domino Rege in hac parte ad faciendum Judicium contra dictum Episcopum Cicestrensem super transgressione predicta, cum idem Episcopus nullam Jurisdiccionem Ordinariam clamet in Ecclesia predicta, set tanquam extraneus a Jurisdiccione hujusmodi non dedicit quin Jurisdiccionem Ordinariam exercuit ibidem, contra Prohibicionem Regiam, ut predictum est: petit Judicium pro Domino Rege, ut prius etc. Et predictus Cicestrensis (*sic*) dicit, ut prius, quod predicta Ecclesia de Boseham non est Libera Capella Domini Regis, et hoc paratus est verificare, etc. ; et dicit quod videtur ei quod predicta allegata pro Domino Rege de contentis in predictis Libris et aliis, etc., habent censeri ut evidencie et non probaciones. Et predictus Adam, qui sequitur, etc., dicit pro Domino Rege, versus predictum Episcopum Cicestrensem, sicut prius, etc. et petit Judicium pro Domino Rege, sicut predictum est, etc. Dies datus est eis de audiendo Judicio in Octabis Sancti Michaelis, coram Rege, ubicumque, etc. Et interim scrutentur pro Domino Rege, etc., si que, etc., ad pleniorem informacionem, etc., seu alias ad beneplacitum Domini Regis, etc. Postea, ad diem illum venit Adam de Fyncham, qui sequitur pro Rege, etc. Et predictus Episcopus Cicestrensis, per attornatum suum. Et Dominus Rex mandavit Breve suum Justiciariis hic in hec verba:—Edward, par la grace de Dieu Roi

Dengleterre et Seigneur Dirlaunde et Duc Daquitaigne, a noz chers et foiaux Henri de Stauntone et ses Compaignons, Justices de nostre Baunke, saluz.—Nous vous envoioms une enqueste et un record ensemblement od Letres dascunes noz Justices et Serieauntz, des queux vous enpurrez meutz estre enfourme du Plee que pent entre nous et lonurable Piere en Dieu levesque de Cicestre, touchant nostre Franche Chapelle de Boseham, si vous mandoms que vous en eyez avis et faces oultre, ceo que vous verrez que face afaire solonc loi et resoun, sauvant tote foiz nostre droit. Done souz nostre secre seal a Liverpol, le xxvj jour Dottobre, lan de nostre Regne xvij^me^. Et super hoc Dominus Rex misit quandam Inquisicionem captam coram H. de Stauntone, J. de Stonore, et R. de Malberthorpe, apud Bremelschete, die Veneris in crastino Nativitatis Beate Marie Virginis proximo preterita, per Commissionem eis factam per Literas Regias Patentes, sub Magno Sigillo, per sacramentum tam Militum quam aliorum proborum et legalium hominum, tam de Comitatu Sussexie, in quo predicta Ecclesia de Boseham sita est, quam de Comitatibus Suthamptonie et Surrie, eidem Comitatui Sussexie propinquioribus. In qua, quidem, Inquisicione continetur quod Capellaria de Boseham, tempore prime Fundacionis fuit exempta et immunis, ut Libera Capella Regis, ab omni Jurisdiccione Ordinaria, fundata et dotata per Progenitores Regum Anglie, et situata in solo Regis qui tunc temporis regnavit; et quod quidam Rex postea contulit dictam Capellariam, que nunc nominatur a quibusdam Ecclesia de Boseham cuidam tunc Exoniensi Episcopo, tenendam sibi et Successoribus suis, adeo libere sicut Reges eam tenuerunt. Et quod omnes Prebendarii predicte Capellarie, cum ceteris ministris et eorum bonis, a tempore quo non extat memoria, fuerunt exempti et immunes a Jurisdiccione Ordinaria Diocesani. Misit, eciam, Dominus Rex Recordum cujusdam loquele habite inter Dominum Edwardum, quondam Regem Anglie, Patrem Domini Regis nunc, et Robertum, quondam Archiepiscopum Cantuariensem coram ipso Domino Rege, Patre, etc., Anno Regni sui tricesimo secundo, de Placito quare idem Archiepiscopus in Ecclesia Sancti Oswaldi, Gloucestrie, que est Libera Capella Regis de elemosinis Progenitorum Regis, quondam Regum Anglie, fundata, et que ab omni Jurisdiccione Ordinaria exempta est penitus et immunis, Jurisdiccionem Ordinariam exercere presumpsit, in Regis et Regie Dignitatis prejudicium, et contra Prohibicionem Regiam, etc. In quo, quidem, Recordo continetur quod Judicium super hoc redditum fuit predicto Domino Regi, etc., contra predictum Archiepiscopum. Item, Dominus Rex misit quasdam Literas quorundam Justiciariorum, et aliorum de Consilio Regis existencium, quorum cuilibet Dominus Rex, ob pleniorem
fol. 20. informacionem super libertate Capelle predicte habendam, prius mandavit quod, habito respectu ad predictas evidencias ostensas et propositas pro Domino Rege, et maxime in predicto Placito inter ipsum Dominum Regem et predictum Archidiaconum moto, quod iidem Justiciarii, et alii de Consilio Regis, singillatim rescriberent Domino Regi, an, scilicet, melius intenderint dictam Ecclesiam de Boseham esse Liberam Capellam Domini Regis, quam non. Et super hiis quidam Justiciarii et alii de Consilio, etc., miserunt Literas suas Domino Regi in forma subscripta:—

Tenor Litere Willelmi de Bereforde, Capitalis Justiciarii de Banco, talis est,—Treshonure Seigneur,—vous plese saver que ie ay receu voz Lettres, per les queles vous mavez mande et chargez par les sermentz que ie vous ai fait que, eyant regarde as evidences que sont trouvez et botez pour vous sur la franchise de lesglise de Boseham, la quele vous entendez estre vostre Franche Chapelle, que sont contenuz en les Records et Proces des Pledz que unt este en vostre Baunke, entre vous, Sire, et Mestre Robert de Leyset, Arcediakne de Cicestre, et Mestre Robert de Endrebi son Official, et celui que ore est en meisme le Baunke, entre vous, Sire, et levesque de Cicestre, sur meisme la franchise, feisse a saver a vostre Seignurie, le quel il me semble meuz que cele Esglise soit vostre Fraunche Chapele ou nemye: sur quele chose plese a vostre Seignurie saver que ie ay regarde les evidences

que sont contenues en les Recordz et Proces du Plee ontre vous, Sire, et Mestre Robert de Leiset, Arcedeakne de Cicestre, et Mestre Robert de Endreby, son Official, et ensement, Sire, un transecrit de Domesday que fu mis avant en Court, quant home parla de la busoigne que tesmoigne que le Manoir de Boseham fu en la mayn Seint Edward, et lesglise de Boseham en la mayn levesque Dexcestre, que adunques fu, et issint demora le dit Manoir en mayns des Rois, et fu en la mayn William le Conquerour, et la dite Esglise en mayns des Evesques Dexcestre, mes par nulle aprise que ie ay puis entendu, Sire, ie ne puis saver que unques puis cel temps que la dite Esglise devynt en mayn de nul de voz Progenitours, Sire, come droit de la Coronne, mes par le dit Plee que fu en vostre Baunke entre vous, Sire, et le dit Mestre Robert Arcediakne de Cicestre, de ce quil aveit usee Jurisdiccion Ordinere en la dite Esglise, ou il alleggea qil navoit aultre chose fait mes come ses predecessours sesoient avant son temps, sur quele chose enqueste se fist, par la quele trove fu qil ni avoit unques Jurisdiccion Ordinere usee en le Quoer del Esglise, in Choro Ecclesie, en les Chanoigs (*sic*) illoeques, tantque le dit Mestre Robert de son fait demeyne commencea la dite Jurisdiccion user ; dont il semble bien que le Queor (*sic*) de la dite Esglise et les Chanoigns illeoques sont et deyvent estre exemptes de Jurisdiccion Ordinere.

Tenor Litere Walteri de Norwico, Capitalis Baronis de Scaccario,—Mon tresnoble et tresduttee Seignur,—A ce qe mande mavez de vous certefier le quel ie entenke meutz qe lesglise de Boseham, quele vous entendez estre vostre Franche Chapelle, soit tiele ou ne mie eaunt regarde as evidences qe ount este monstrez et alleggez einz ces heures en vostre Court, en les Proces du Plee qe lenz ad este tenuz en vostre Baunke entre vous, Sire, et Mestre Robert de Leyset, Arcediakne de Cicestre, et Mestre Robert de Enderby son Official, et de celui Plee qest ore en vostre dit Baunke entre vous, Sire, et levesque de Cicestre sur la franchise et la immunite de lesglise avantdite ; saver plese vestre Hautesce qe par les dites evidences et ascunes aultres contenues en un Enqueste ia prise par vostre comandement touchaunt la dite busoigne, me semble qe la dite Esglise piert meutz estre
fol. 20b. franche et quite de Jurisdiccion Ordinere de Diocesan que ne mie. Dieu, Sire, par Sa peusance vous donit bone vie et longe. Escrite a Loundres lendemeyn de Seint Michel.

Tenor Litere Henrici Spigurnel, Justiciarii ad Placita coram Rege,—Treshonurable Seignur,—Voillez saver qe ie ay receu vos Letres, par les queles vous mavez maudez et chargez, par les sermentz qe ie vous ai fait, qe, eiant regarde as evidences qe sont trovez et botez pur vous sur la franchise del Esglise de Boseham, la quele vous entendez estre vostre Franche Chapele, qe sont contenuz en les Recordz et Proces du Ple qe ad este en vostre Baunke entre vous, Sire, et Mestre Robert de Leiset, Arcediakne de Cicestre, et Mestre Robert de Enderby, son Official, et celi qest ore en meisme le Baunke entre vous, Sire, et levesque de Cicestre sur meisme la Franchise, fait saver a vostre Seignurie lequel il moi semble meuz qe cele Eglise soit vostre Franche Chapele ou ne mie ; sur quele chose plese a vostre Seignurie de saver qe par les dites evidences queles sont mostrez sur les sermentz qe ie vous ai fait, il moi semble meuz quele soit vostre Franche Chapelle qe ne mie. A Dieu, tresnoble Seignur, qe longement pussetz durer. Escrite a Westminstre, le iij jour de Septembre.

Tenor Litere Willelmi de Herle, Justiciarii de Banco,—Treshonure Seignur,—De ce qe vous mavez mande et charge qe, eiant regarde as evidences qe sont trovez et boteez pur vous sur la Franchise de lesglise de Boseham, le quel il semble mielz qe la dite Esglise soit vostre Franche Chapelle ou ne mie ; plese a vostre treshaute Seignurie saver qe, eiant regarde as evidences en vostre Court mostrez, semble a moi qe la dite Esglise piert mielz estre franche et quite de Jurisdiccion Ordinere qe ne mie. Dieu, Sire, par Sa puissance vous doingne bone vie et longe.

Tenor Litere Johannis de Mutforde, Justiciarii de Banco,—Treshonurable Seignur,—Ie resceu voz Lettres le Vendredy apres les Utaves de Seint Michel, a Everwike, qe voleyent qe ie vous mandasse par mes Letres le quel ieo entenke mielz qe lesglise de Boseham soit vestre Fraunche Chapelle ou noun. Plese a vostre Grande Seignurie saver qe, eaunt regarde as evidences qe sont trovez et boteez pur vous, Sire, en vostre Court, ie entenke mieuz qele soit vostre Fraunche Chapelle qe ne mie. Dieu tiegne vostre vie, Sire, longement en bone sauntee.

Tenor Litere Rogeri Beler, Baronis de Scaccario,—Treshonure Seignur,—De ce qe vous mavez mande et chargez qe, eaunt regarde as evidences qe sont tuez et botez pur vous sur la franchise del Esglise de Boseham, le quiel il moi semble mielz qe la dite Eglise soit vostre Franche Chapelle ou ne mie; plese a vostre treshaute Seignurie saver qe, eiaunt regard as evidences en vos Pledz en vostre Court mostrez, et as evidences de lenqueste qe darrein fust prise en mesme le paiis par voz Justices, mes Compaignons, quele enqueste este mostree as plusurs de vostre Conseil, il moi semble mielz qele est Franche, exempte, et quite de Jurisdiccion Ordinere qe ne mie. Sire, Dieu mentiegne vostre honurable Seignurie et lencresse en honur si Lui plest.

Tenor Litere Walteri de Friskenay, Justiciarii de Banco,—Treshonure Seignur, —De ce qe vous mavez mandee et chargez qe, eaunt regard as evidences qe sont trovez et botez pur vous sur la franchise de lesglise de Boseham, le quiel ie entenke mielz qe la dite Esglise soit vostre Franche Chapelle ou ne mie; plese a vostre treshaute Seignurie saver qe, eaunt regard as evidences qe sont trovez et botez pur vous en voz Pledz en vostre Court, ie entenke mieuz qele est vostre Franche Chapele (*sic*) que ne mie.

Tenor Litere Johannis de Bousser, Justiciarii de Banco, — Treshonurable Seignur,—A ce qe ie ay en mandement de vous certefier le quel ie entenke meultz qe lesglise de Boseham soit vostre Franche Chapelle ou ne mie, eaunt regarde as evidences qe ount este mostres et botez pur vous en le Plee qe fust entre vous et Mestre Robert de Leiset, Arcedeakne de Cicestre, et Mestre Robert de Enderbi, son Official, et de ceo Plee qe ore est entre vous et levesque de Cicestre sur la franchise de la dite Eglise; plese a vostre Seignurie savoir qe votre Letre moy vint a Everwike le Loendi en la veille de Seint Luke, a quel temps ie navey pas pleine conissance des dites evidences, pur ce, Seignur, qe ie fu molt aillurs qe a la Court par voz
fol. 21. mandementz au temps qe les dites evidences furont en maniauntz; mes, Seignur, solonc la conissance qe ie avoy des dites evidences, ou poey aver, pus la receite de vostre Letre, par informacion dautres, et del enqueste de ce nadgaires prise en pais, si semble il mielz, Seignur, a moy qe la dite Esglise est quite de Jurisdiccion Ordinaire qe ne mie.

Tenor Litere Willelmi de Fulborne, Baronis de Scaccario:—Treshonure Seignur, —De ce qe vous mavez mande et chargez qe, eaunt regard as evidences qe sont trovez et botez pur vous sur la franchise del Eglise de Boseham, le quel il moi semble mielz qe la dite Esglise soit vostre Franche Chapelle ou ne mie; plese saver a vostre treshaute Seignurie qe, eaunt regard as evidences mostrez et pledez en vostre Court, et as evidences del enquest qe darrein fust prise en mesme le pais par voz Justices, quele enqueste est mostre as plusurs de vostre Conseil, il me semble melz qele est Franche, exempte, et quite de Jurisdiccion Ordinaire qe ne mie. Dieu, pur Sa mercy, Sire, mentiegne vostre honurable Seignurie et lencresse en honour si Li plest.

Tenor Litere Gilberti de Toucheby, servientis ad Placita pro Rege:—Treshonure Seignur,—De ce qe vous mavez mande et charge qe, eaunt regard as evidences qe sont trovez et botez pur vous sur la franchise de leglise de Boseham, le quiel ie entenke mielz qe la dite Eglise soit vostre Franche Chapelle ou ne mie; plese a vostre treshaute Seignurie saver qe, eaunt regard as evidences qe sont trovez et botez pur vous en voz Pledz en vostre Court, ie entenke mielz qele est vostre Franche Chapelle qe ne mie.

Tenor Litere Johannis de Denonn, servientis ad Placita pro Rege:—Treshonure Seignur,—De ce qe vous mavez mande et charge par voz Lettres qe, eaunt regarde as evidences qe sont trovez et botez pour vous sur la franchise de leglise de Boseham, le quel il me semble mielz qe la dite Eglise soit vostre Franche Chapelle ou ne mie ; plese a vostre treshaute Seignurie saver qe, eant regard as evidences en vos Pledz en vostre Court mostrez, qe sont fondez sur les Livres de Domesday et des Fedz et sur Charte de voz Progenitours, et au dit de lenqueste qe passa entre vous, Sire, et lercedeakne de Cicestre, et sur lattachement de Prohibicien de ce qil use Jurisdiccion Ordinere en la dite Esglise, il semble a moy qele doit plus tost estre tenue vostre Franche Chapele, exempte, et quite de Jurisdiccion Ordinere qe ne mie.

Preterea, quesitis Rotulis de predicto Placito inter Dominum Regem et predictum Archidiaconum Cicestrensem, compertum est quod per juratam captam in hac parte, in qua idem Archidiaconus se posuit, quod apud Boseham, in Choro Ecclesie sunt sex Canonici Seculares, habentes sex Prebendas divisas, et quod predicti Canonici, seu eorum Prebende, bona sua propria Prebendarum illarum, vel eorum Ministri in Choro Ecclesie de Boseham ministrantes, nunquam per aliquem Archidiaconum Cicestrensem, predecessorem predicti Archidiaconi qui nunc est, visitati fuerunt ; nec aliquam Jurisdiccionem Ordinariam in eis exercuerunt quousque dictus Archidiaconus, et ejus Officialis, qui nunc sunt, tempore suo primo Jurisdiccionem Ordinariam in predictis Choro, etc. . . . exercuerunt ; ob quod consideratum fuit quod predictus Archidiaconus caperetur ; et inhibitum fuit prefato Archidiacono quod nullam Jurisdiccionem Ordinariam in predictis Choro, Canonicis, Ministris, et Prebendis etc. de cetero exerceat, seu exercere presumat. In quibus, quidem, Rotulis predicte evidencie alias in predicto Placito inter Dominum Regem et predictum Archidiaconum proposite et allegate similiter inseruntur. Postmodum, omnibus premissis inspectis et diligenter examinatis per Justiciarios hic, et alios de Consilio Regis tunc presentes in Curia, et habito respectu ad predictas evidencias et premissa pro Domino Rege allegata, ostensa, et recordata, ac eciam ad intencionem et avisamentum predictorum legis et consilii Regni peritorum, sicut predictum est, videtur Curie racionibus predictis et aliis, quod predictus Episcopus Domino Regi juxta predicti Brevis exigenciam et formam accionis Regie in hoc casu, non respondet ad querelam Domini Regis, nec de transgressione predicta sibi imposita se excusat, nec eam dedicit. Et ideo consideratum est quod predictus Johannes Episcopus capiatur, etc. ; et inhibitum est eidem Episcopo quod de cetero Jurisdiccionem Ordinariam in Choro, etc. . . . non exerceat, seu aliqualiter exercere presumat, etc.

Judicium redditum contra Episcopum Cicestrensem.

fol. 21b. *Inhibicio* :—

Edwardus, Dei gracia, Rex Anglie, etc., Episcopo Cicestrensi salutem.—Cum pro eo quod vos in Choro et Prebendis Ecclesie de Boseham et personis, etc. (*ut supra*), que, quidem, Ecclesia precipue quantum ad hec, ab omni Jurisdiccione Ordinaria, ut Libera Capella nostra, immunis est penitus et exempta, Jurisdiccionem Ordinariam, in nostri et Corone nostre prejudicium, et contra Prohibicionem nostram exercuistis, prout per Judicium, in Curia nostra coram nobis redditum, compertum est, vobis per consideracionem ejusdem Curie nostre sit inhibitum ne de cetero Jurisdiccionem Ordinariam in predictis Choro, etc. (*ut supra*), exerceatis . . ., vobis inhibemus, firmiter injungentes quod de cetero Jurisdiccionem Ordinariam in predictis Choro, Prebendis, etc. non exerceatis. Et ea que per vos, seu aliquem alium vestro nomine, auctoritate, vice, seu mandato, contra consideracionem Curie nostre predicte in premissis, seu eorum aliquo, ut in visitando Chorum, Canonicos, et Ministros Chori in Choro, seu sequestrando bona Canonicorum in predictis Prebendis, seu tenendo Capitula in predicto Choro, aut citando Canonicos aut Ministros Chori, seu eos suspendendo pro eo quod coram vobis in Capitulis vestris non comparuerunt, seu alia nobis prejudicialia ibidem

exercendo, videlicet Episcopum Exoniensem, ejusdem Capelle Decanum, excommunicando seu excommunicatum denunciando, in nostri prejudicium et libertatis Capelle nostre predicte lesionem, et contra Prohibicionem nostram predictam, seu preter ea quovis alio modo acta fuerint seu attemptata, sine dilacione revocetis seu faciatis in irritum revocari.—Teste Henrico de Stantone, apud Wygan, vij die Novembris, Anno Regni nostri decimo septimo [1323].

Capcio:—

Rex Vicecomiti Sussexie salutem.—Precipimus tibi quod capias Johannem, Episcopum Cicestrensem, si inventus fuerit in Balliva tua, et eum salvo custodias, ita quod habeas corpus ejus coram nobis in Octabis Sancti Hillarii ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ad satisfaciendum nobis de eo quod idem Episcopus in Ecclesia de Boseham, que precipue quantum ad Chorum, Prebendas, etc. (*ut supra*). Et habeas ibi hoc Breve. Teste J. de Stonore, apud Wygan, vj die Novembris, Anno, etc.

Sussexia.—Item, Processus habitus in eadem Curia contra Officialem dicti Episcopi, super eodem.

Robertus de Derby in misericordia, pro pluribus defaltis.

Idem Robertus attachiatus fuit ad respondendum Domino Regi de Placito quare, cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella, etc. (*ut supra*) et Rex, pro eo quod prefatus Robertus in Capella Regis predicta, precipue in Choro, etc. (*ut supra*) Jurisdiccionem Ordinariam exercere intendit, sicut ex relatu plurium accepit Rex, eidem Roberto districte prohibuit Rex ne aliquam Jurisdiccionem Ordinariam in eadem Capella etc. (*ut supra*) exercere presumeret; et si quid per ipsum aut Ministros suos indebite attemptatum esset in hac parte, id sine dilacione faceret revocari predictus Robertus, simul cum Johanne, Episcopo Cicestrensi, Jurisdiccionem Ordinariam in Capella Regis predicta, precipue in Choro, etc. (*ut supra*) exercuit, et alia Regi prejudicialia in hac parte eo amplius attemptavit, et adhuc attemptare non desistit, ea que per ipsum et ministros suos in premissis sunt indebite attemptata revocare penitus differendo, in Regis et juris Regii prejudicium, libertatis Capelle Regis predicte lesionem manifestam, et contra Prohibucionem Regiam. Et unde idem Dominus Rex per Adam de Fyncham, qui sequitur pro eo, dicit quod, cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella Regis, ab omni Jurisdiccione Ordinaria, precipue etc. (*ut supra*), Regia Prohibicio eidem Roberto missa fuit et liberata, scilicet Die Dominica, in Festo Sancti Stephani, Anno Regni Regis nunc sextodecimo [26 Dec., 1322] apud Ferringe, in presencia Thome de Watergate, Johannis de Hailynge, Johannis le Parker de Chudeham, et aliorum, ne Jurisdiccionem Ordinariam exerceret in eadem, idem Robertus, non obstante Regia Prohibicione predicta, Jurisdiccionem Ordinariam in Capella Regis exercuit, ut visitando Chorum, Canonicos etc. (*ut supra*), et sequestrando bona Canonicorum in Prebendis suis, videlicet Thome de Stapildone et Roberti Herewarde, et aliorum Canonicorum et Prebendariorum ibidem, et tenendo
fol 22. Capitula sua in eodem Choro, citando Canonicos et Ministros ejusdem Chori ad veniendum coram ipso etc. (*ut supra*); et alia Regi prejudicialia, videlicet Episcopum Exoniensem, qui est ejusdem Capelle Decanus, excommunicando, et ipsum excommunicatum per totam Diocesim suam publice denunciando, et premissa adhuc de die in diem continuando, ea que per ipsum sunt indebite attemptata non revocando set revocare differendo, etc., in prejudicium Regis et libertatis Capelle Regis predicte lesionem, et contra Prohibucionem Regiam etc., in contemptum Domini Regis decem millium librarum. Et hoc offert verificare pro Domino Rege, etc.

Et Robertus de Derby, per Thomam de Thorpe, attornatum suum, venit et defendit vim et injuriam, et quicumque est in contemptu Regis, etc., et dicit quod ipse est Officialis Episcopi Cicestrensis, in cujus Diocesi Ecclesia de Boseham est, et quod Anno Regni Regis nunc octavo, pro eo quod quedam Prohibicio Regia prefato Episcopo extitit liberata ne Jurisdiccionem Ordi-

nariam in Libera Capella Regis de Boseham aliqualiter exerceret, asserendo in eadem Prohibicione assertive Ecclesiam illam esse Liberam Capellam Regis, etc., idem Episcopus, postea, in proximo Parliamento sequente, apud Eboracum convocato, in tantum prosequebatur per Peticionem, etc., quod Prohibicio illa per Consilium, etc. fuit revocata, et dictum erat eidem Episcopo quod, non obstante Prohibicione predicta assertiva, quod suum esset in hac parte exequeretur per Breve Regium de revocacione eidem Episcopo directum, quod profert in Curia hic in hec verba:—Edwardus, Dei gracia, etc., Johanni, eadem gracia Episcopo Cicestrie, salutem.—Licet nuper dato nobis intelligi Capellariam de Boseham, quam Venerabilis Pater, Walterus, Exoniensis Episcopus, tenet quoad Chorum, Collegium, Collaciones Prebendariorum, Installaciones, Instituciones, Destituciones Canonicorum ipsius Capellarie, et quantum ad personas Canonicorum eorumdem, necnon bona mobilia et immobilia ipsorum ad Prebendas suas pertinencia, esse, debere, et ab antiquo fuisse Liberam, et ab omni Jurisdiccione Ordinaria immunem et exemptam, vobis per Breve nostrum prohibuerimus ne quid in prejudicium prefati Episcopi seu Capellarie predicte aut lesionem libertatis seu immunitatis ejusdem cedere posset super premissis per vos, seu per ministros vestros, aliqualiter attemptaretis seu attemptari faceretis Jurisdiccionem Ordinariam exercendo in eadem; quia, tamen, ad Peticionem vestram coram nobis et Consilio nostro predicto exhibitam, habita coram nobis et Consilio predicto super tenore Brevis predicti deliberacione pleniori, compertum est quod Breve illud sub indebita et inepta forma, in hoc maxime quod Capellariam predictam, non in manu vestra set prefati Episcopi existentem, liberam ab omni Jurisdiccione Ordinaria immunem et exemptam asseruimus, ut est dictum, conceptum erat, Breve illud revocamus et penitus adnullamus, vobis innotescentes quod, non obstante Prohibicione nostra predicta, quod vestrum est exequimini in hac parte.—Teste meipso, apud Westmonasterium, xxvij die Februarii, Anno Regni nostri octavo [1314-15]. Et dicit quod predicta Ecclesia de Boseham est Ecclesia Parochialis animabus curata infra Diocesim predicti Episcopi, Loci, Ordinarii etc.; que, quidem, Ecclesia non est Libera Capella Regis, nec
fol. 22b. Dominus Rex aliquid habet in eadem. Et dicit quod ipse, ad Mandatum predicti Episcopi ut ejus Officialis, etc., a tempore revocacionis predicte, in Ecclesia predicta, ut in Choro, Prebendis, etc., (*ut supra*) ut de Jure Communi pertinet, etc., Jurisdiccionem Ordinariam ibidem exercuit, et adhuc exercet in presenti; unde non intendit quod Dominus Rex de hujusmodi facto ipsum occasionare seu contemptum ei imponere velit, aut debeat in hac parte. Et super hoc predictus Adam, qui sequitur, etc., petivit quod quesitum sit a predicto Roberto si quid aliud velit dicere pro responso; qui dicit quod se tenet ad predictam responsionem precise, etc. Et predictus Adam, etc., dicit quod licet Prohibicio predicta super assercione libertatis Capelle predicte esset revocata, ut predictum est, nulla tamen Jurisdiccio ipsi Episcopo accrevit eo amplius usitanda, set remansit in eodem statu quo prius ante revocacionem predictam etc. Dicit, eciam, quod quidam Magister Robertus de Leyset, quondam Archidiaconus Cicestrie, alias coram Domino Rege, Termino Sancte Trinitatis, Anno Regni Regis nunc nono [1316] attachiatus fuit ad respondendum Regi de consimili Placito, videlicet de eo quod ipse Jurisdiccionem Ordinariam in Libera Capella Regis predicta precipue quoad Chorum, etc. (*ut supra*) exercuit; ad quod idem Archidiaconus respondendo allegavit quod ipse, et predecessores sui etc., a tempore quo non extat memoria, etc.; et de hoc posuit se super Juratam Patrie; per quam compertum fuit quod Canonici Ecclesie predicte etc., seu eorum Prebende, etc. (*ut supra*) nunquam per aliquem Archidiaconum Cicestrie . . . . visitati fuerunt, nec aliquam Jurisdiccionem Ordinariam in eis exercuerunt quousque dictus Archidiaconus, tempore suo, primo Jurisdiccionem Ordinariam in Capella predicta exercuit, ut in visitando Chorum, etc.; per quod consideratum fuit quod predictus Archidiaconus caperetur; et inhibitum fuit eidem, etc. Et sic Dominus Rex in posses-

sione immunitatis extitit, etc., et adhuc existit. Et, postmodum, predictus Johannes, Episcopus Cicestrensis, coram ipso Domino Rege, Termino Sancte Trinitatis, Anno Regni Regis nunc sexto decimo [1323] similiter attachiatus fuit, ad respondendum Domino Regi in isto eodem Placito; in quo idem Episcopus de transgressione predicta contra Prohibicionem Regiam facta, etc., per consideracionem ejusdem Curie extitit convictus; pretextu cujus consideracionis preceptum fuit de capiendo ipsum Episcopum Cicestrensem ad satisfaciendum Regi de transgressione predicta, et de qua nondum satisfecit, etc. Et inhibitum fuit eidem Episcopo ne Jurisdiccionem, etc. aliqualiter exerceret, et, si quid per ipsum attemptatum esset in premissis, id sine dilacione revocaret, etc. Unde desicut nichil Jurisdiccionis predicto Episcopo per revocacionem Prohibicionis predicte assertive accrescere potuit, nec idem Robertus de Derby, Officialis, etc., aliquam Jurisdiccionem clamat in persona sua, ut de jure suo proprio, nisi tantum per Mandatum predicti Episcopi, qui per Inhibucionem predictam restringitur et ligatur ne Jurisdiccionem Ordinariam etc., nec aliquod jus exercendi Jurisdiccionem etc. in persona ipsius Episcopi cujus Officialis etc. de tempore ante revocacionem Prohibicionis assertive affirmat; et idem Dominus Rex est in possessione immunitatis, ejusdem Capelle, ut predictum est; nec idem Robertus dedicit quin predicta Prohibicio Regia ei liberata fuit predicto Anno xvj°, et manifeste cognovit quod ipse a tempore revocacionis predicte Prohibicionis assertive et post predictas Prohibicionem sibi liberatam predicto anno xvj°, et Inhibicionem predicto Episcopo factam, per quam idem Episcopus restringitur et ligatur, ut predictum est, Ordinariam in Capella predicta quoad Chorum, etc. exercuit, et adhuc exercet in presenti; petit Judicium pro Domino Rege, etc.—Et predictus Robertus de Derby dicit quod predictum Placitum, inter Dominum Regem et predictum Robertum de Leiset . . . ei prejudicare non debet in hac parte, quia dicit quod ipse non fuit Pars ad illud Placitum, etc. Dicit eciam, quod per Judicium nuper redditum contra predictum Johannem, Episcopum Cicestrensem, qui tantum propter non defensionem ipsius Episcopi de personali transgressione sibi imposita extitit convictus, et non in jure libertatis Capelle predicte, non debet idem Robertus distringi seu ligari quin, non obstante Prohibicione sibi ipsi liberata, seu Inhibicione predicta predicto Episcopo,
fol. 23. cujus Officialis ipse est, facta, bene possit Jurisdiccionem Ordinariam in predicta Ecclesia etc., ad Mandatum ejusdem Episcopi exercere, ut de Jure Communi, etc. Petit Judicium, etc.—Et predictus Adam, qui sequitur, etc., dicit, ut prius, quod ex quo per revocacionem predicte Prohibucionis assertive nulla Jurisdiccio ipsi Episcopo accrescere potuit in Capella predicta quoad Chorum etc., nec idem Robertus, Officialis, etc. aliquam Jurisdiccionem clamat in eadem, ut de jure suo proprio etc., nec in persona ipsius Episcopi Jurisdiccionem, ante revocacionem dicte Prohibucionis assertive factam, affirmat, nec dedicit quin predicta Prohibucio Anno Regni Regis nunc xvj° sibi liberata fuit, ut predictum est. Et in placitando cognovit se Jurisdiccionem Ordinariam in Capella predicta, quoad Chorum, etc. exercuisse, tam a tempore revocacionis predicte quam post predictas Prohibucionem sibi ipsi Anno Regni Regis nunc xvj° liberatam et Inhibucionem predicto Episcopo per Judicium Curie . . . factam, et adhuc exercet in presenti. Petit Judicium pro Domino Rege, etc.—Et quia, inspecto Recordo inter Dominum Regem et predictum Archidiaconum, etc., compertum est quod Canonici Ecclesie predicte, seu eorum Prebende, etc. (*ut supra*) nunquam per aliquem Archidiaconum Cicestrie, predecessorem predicti Archidiaconi, visitati fuerunt, nec aliquam Jurisdiccionem Ordinariam in eis exercuerunt, quousque predictus Archidiaconus, tempore suo, primo, etc. (*ut supra*) visitando Chorum, Prebendas, etc., per quod consideratum fuit quod idem Archidiaconus caperetur, et inhibitum fuit eidem ne Jurisdiccionem etc. (*ut supra*); et eciam inspecto Recordo inter ipsum Dominum Regem et predictum Episcopum Cicestrensem, compertum est quod predictus Episcopus de transgressione predicta sibi imposita per Judicium Curie est convictus, pro qua nondum Domino Regi satisfecit, et per idem Judicium

inhibitum fuit eidem Episcopo ne Jurisdiccionem . . . exerceret . . ., quod, quidem, Recordum Dominus Rex postmodum, ad sectam ipsius Episcopi Cicestrensis suggerentis errorem in eodem Recordo intervenisse, coram Consilio suo in Parliamento convocato, apud Westmonasterium, Anno Regni sui xvij°, venire fecit; quo Recordo ibidem recitato et plenius intellecto, idem Recordum per Consilium Regis ibidem affirmatum est. Et idem Robertus, ut de jure proprio, nullam Jurisdiccionem clamat in eadem nisi tantum de Mandato ipsius Episcopi, qui per Inhibicionem predictam restringitur et ligatur, ne Jurisdiccionem Ordinariam exercere possit in eadem; nec dedicendo predictam Prohibicionem sibi liberatam fuisse Anno Regni Regis nunc xvj°, cognovit se Jurisdiccionem Ordinariam, etc., exercuisse, tam a tempore revocacionis predicte Prohibicionis assertive quam post predictas Prohibicionem sibi ipsi predicto anno sextodecimo liberatam, et Inhibicionem predicto Episcopo per Judicium Curie, ut predictum est, factam, et adhuc exercet in presenti; per quam, quidem, Inhibicionem idem Episcopus restringitur et ligatur, ut predictum est, etc. et per consequens ejus ministri ligari debent et restringi, etc.—Consideratum est quod predictus Robertus de Derbi capiatur, etc. [Fol. 23[b] is blank, and fol. 24 has been cut out].

Memorandum de Boseham,—

Memorandum quod penultimo die Mensis Marcii [1321], Dominus, accedens apud Boseham, ibidem audivit eo die Missam suam, et post hujusmodi auditam Missam, vocatis coram eo Vicariis Ecclesie ipsius, quesivit ab illis quis teneret Prebendam Parochialem ibidem. Et, cum iidem Vicarii dicerent Domino quod quidam Magister Johannes de Malmesbiri, idem Dominus, perpendens defectum Ministrorum ad deserviendum eidem Ecclesie in Divinis, considerato statu ejusdem, monuit prefatum Magistrum Johannem, in personam cujusdam Domini Willelmi le Scot, alias dicti de Schorham, presbiteri, presentis et se Vicarium dicti Magistri Johannis et Prebende Parochialis memorate Vicarium asserentis, quod idem Magister Johannes, infra octo septimanas a predicto die, hujusmodi Prebendam et Ecclesiam redeat, facturus residenciam in eadem, sub pena juris,—Presentibus—Magistris Waltero de Setone et Willelmo de La Lane; Dominis Petro de Honitone, Johanne Sacrista dicte Ecclesie, Willelmo Russel, Rogero de Buddeleghe, presbiteris, et aliis in multitudine copiosa. Et abinde, eodem die, idem Dominus peragens ad Prebendam et Capellam de Appeldreham, vocato coram eo ibidem Domino Thoma attegate, Capellano dicte Capelle, in forma visitandi, inspexit Libros, Vestimenta, et alia Ornamenta ipsius Capelle,—Presentibus prefatis Waltero de Setone et aliis bidem sequentibus, solo Willelmo de La Lane dumtaxat excepto: 157.

Commissio pro conservanda Jurisdiccione Domini in Libera Capella Domini Regis de Boseham (Nota),—

Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, Regis Anglie illustris Regius Capellanus, discreto viro, Domino Waltero de Shireforde, Ecclesie seu Capelle Libere dicti Domini nostri, Regis Anglie, de Boseham Canonico et Sacriste, salutem, etc.—Ecclesie seu Capelle Libere de Boseham prelibate, precipue quantum ad Chorum, Canonicos, Vicarios, et quoscumque Ministros Chori, Prebendas ejusdem ac bona Prebendariorum que ibidem optinent, pertinere dinoscitur Presidentes, ac propterea ut mores illorum qui nobis occasione Capellarie hujusmodi subesse noscuntur, debite corigantur (*sic*), ac eidem Ecclesie seu Capelle in Divinis Officiis laudabiliter ministretur, summo opere cupientes, ad inquirendum, corigendum, ac canonice puniendum quorumcumque subditorum nostrorum hujusmodi excessus, necnon ad compellendum Concanonicos vestros, Vicarios, Clericos, et Ministros Ecclesie seu Capelle prefate Divinum Officium, diurnum

pariter et nocturnum, in eadem Ecclesia seu Capella, horis debitis peragere; ac, eciam, ad omnia alia et singula facienda que in premissis et circa premissa necessaria fuerint seu oportuna, vobis cum cohercionis canonice et exequendi quod decreveritis potestate, tenore Presencium, committimus vices nostras, pro beneplacito nostro duraturas.—Datum apud Chudeham, xxviij° die Decembris, Anno Domini M°. CCC^mo xxiij°.—fol. 177^b. *See* Chesthunte, Stephen de; 45^b; 106, 106^b: Hyde Abbey; 89: Brothertone, Thomas de, Earl-Marshal; 112.

Bulla de Libertate Capellarum Domini Regis:—

MEMORANDUM quod, quesitis per Dominum Privilegiis Domini Regis de Liberis Capellis suis, et hoc propter Capellariam de Boseham, inventa fuit apud Westmonasterium, in Capella Receptorie in quodam parvo coffro, de quo Dominus Rogerus de Northburghe, Custos Privati Sigilli Domini Regis, tunc habuit clavem, quedam Bulla continens hunc tenorem,—Clemens [V] Episcopus, Servus servorum Dei, karissimo in Christo Filio, Edwardo, Regi Anglie illustri, salutem et Apostolicam Benediccionem.—Tue devocionis precelsa sublimitas, per quam Romanam Ecclesiam, sicut Matrem, honoras studio filialis reverencie, promeretur ut a nobis, qui libenter Paternis affectibus Regia vota prosequimur, donis Graciarum Spiritualium honoreris. Ut, igitur, ex devocione hujusmodi Benevolenciam Apostolice Sedis et nostram tibi sencias accrevisse, tibi auctoritate Presencium indulgemus ut nullus Delegatus Apostolice Sedis vel Subdelegatus ab eo, Auctoritate Sedis ejusdem, possit in Personam aut Capellas tuas Excommunicacionis vel Suspensionis, sive Interdicti Sentencias promulgare, absque speciali Mandato Sedis ejusdem, faciente plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujusmodi mencionem. Nos, enim, omnes Excommunicacionis, Suspensionis, et Interdicti Sentencias, quas in te et Capellas easdem, contra Indulti predicti tenorem, forsan promulgari contigerit exnunc irritas decrevimus et inanes.—Nulli liceat etc.[1]—*Et memorandum quod dicta Bulla dimissa fuit in dicto coffro;* 103.

---

[1] Mr. Baigent has collated this Copy with the Original Bull (which he tells me is in perfect condition). They correspond word for word, till we reach the concluding sentences, which the Register dismisses with an "etc." These are of importance, however, as giving the date,—"Nulli, ergo, omnino hominum liceat hanc paginam nostre Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, se noverit incursurum. Data Avinione, xij Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno Quarto [21 May, 1309].

I am indebted to Mr. Greenfield for the following Extract from Prynne's Antient Records, tom. iii, p. 1266,—

Ex Bundela Epist. & Brevium Anno ij. E. I. in Turri London. (A°1282.) } Significat Sanctitati vestræ devotus filius vester, *Edwardus*, Rex *Angliæ*, quod dudum eo vestræ Beatitudini intimante quod, licet Parochialis Ecclesia de *Boseham*, quæ Collegiata existit Cicestrensis Diocesis, sit Capella Regia, utpote per Progenitores suos fundata, in Archidiaconatu Cicestrensi, & dotata, ac Episcopus Exoniensis, qui est pro tempore Regius capellanus, præsit eidem Ecclesiæ in Collationibus Canonicatuum & Præbendarum, & in [actuali et] corporali possessione ipsorum, ac quibusdam aliis juribus spectantibus ad eandem; et omnes Liberæ Capellæ Regiæ in Regno Angliæ consistentes, ab omni potestate et jurisdictione quorundam Ordinari-

Nota quod Boseham sit Capellaria,—

Infrascripta inveniuntur in diversis Rotulis in Scaccario Domini Regis :—

In Rotulo Tercio Regis Johannis in Sussexia post Nova [*Oblata*],—Idem Vicecomes reddit compotum de x libris de scutagio vij Militum et dimidii Capellarie de Boseham, et de v solidis vj denariis de scutagio Normanni de Normanville. In Thesauro liberavit in ij talliis; et quietus est.

In Rotulo Nono Regis Ricardi,—Idem Vicecomes reddit compotum de vij libris de scutagio Militis Capellarie de Boseham in hoc Comitatu. In Thesauro liberavit ; et quietus est.

In Rotulo VI Regis Ricardi,—Idem Vicecomes reddit compotum de cxiij solidis iiij denariis de scutagio Militis Capellarie de Boseham in hoc Comitatu. In Thesauro liberavit ; et quietus est ; 142.

For Additional Notes on Bosham *see* Appendix.

Botriaux, Walter de, collated to a Prebend in Glasney ; 163[b].

Bouges, Fr. William, collated (*by lapse*) to Minster Priory ; 176.

---

orum locorum sint liberæ et exemptæ de consuetudine approbata, et in possessione hujusmodi libertatis et exemptionis existant, predicti Episcopus et Archidiaconus Cicestrenses, in prejudicium libertatis et exemptionis hujusmodi et juris Regii diminutionem, dictum Episcopum Exoniensem et Præbendarium ejusdem Ecclesiæ de Boseham, Regium (ut prædicitur) Capellanum, super dictis juribus, quominus ipsis uti libere possit, multipliciter molestant et perturbant. Unde supplicat dictus Dominus Rex quatinus Auctoritate Apostolica dignemini dictam Ecclesiam vel Capellam de Boseham, cum Canonicis et Personis Ecclesiasticis prædictis, Canonicatibus et Præbendis. et annexis Ecclesiis et Capellis, et Ministris, Clero, et populo eorundem, ab omni Jurisdictione Ordinaria, et precipue Archiepiscopi Cantuariensis, Episcopi et Archidiaconi Cicestrensium, ad omne dubium amovendum, eximere et totaliter liberare ; et jurisdictioni Exoniensis Episcopi (qui confert Canonicatus et Præbendas, et præterea (ut præmittitur) suus Capellanus specialiter nuncupatur), et Successorum suorum, quantum ad utramque legem [jurisdictionis], communis videlicet et Diocesanæ, [nititur] subjicere. Ita quod Cultus Divinus, & excessuum correctio non negligatur in ipsis, quodque possit Clericos ipsius Ecclesiæ libere ordinare ; ac in Clero & populo ipsius Ecclesiæ & ipsa Ecclesia, ea que sunt ordinis & Episcopalis officii jure suo exercere: eo quod Episcopus Cicestrensis qui pro tempore fuerit, in talibus exercendis ibidem se fortassis difficilem exhibebit. Et quod dictus Exoniensis Episcopus & Successores sui, saltem similem jurisdictionem habeant in Ecclesia seu Capella prædicta, Ecclesiis annexis et Capellis, Præbendis, Capellanis, Canonicis, Vicariis, Ministris, Clero, et populo eorundem, qualem habent alii Decani et Prepositi aliarum Capellarum suarum liberarum in Regno et Dominio suo constitutarum, de gratia speciali et de plenitudine potestatis, ad ipsius Regii honoris augmentum. Non obstantibus quibuscumque pactis, compositionibus, controversiis, aut litibus inter prefatos Episcopos et Archidiaconum motis vel movendis occasione predicta, cum omnibus . . . . non obstantibus et clausulis ; ac etiam cum executoribus & conservatoribus opportunis."

—On which Prynne remarks, not very accurately,—" King Edward, though he might by his own Prerogative Royal have annexed his Collegiate Church and Free Chapel of Boseham (exempt from Ordinary Jurisdiction) within the Diocese of the Bishoprick of Cicester, to the Bishoprick of Exeter, to which he united it ; yet, to avoid all future contests between the Bishops, their Officers and Chaplains, concerning it, petitioned the Pope, by his concurrent authority to unite it to the Bishoprick of Exeter."

The Original of this Document seems to have been lost.

Bourne, Gregory de, inst. to Poughill (*Devon*); 62b, (*Ord.*) 229.

Bowey, Arnald de; L 213b.

Bovey-Tracy [Bovitracy, MS.],—

Sir Edward, V.,—Licence to farm the *Rectory* for two years; "et dabit xxs. ad Fabricam" (20 June, 1309); 41b: renewed for three years,—"et dabit ad elemosinam xxs. (3 July, 1312); 72: and again, for three years, from 24 June—the Feast of the Nativity of St. John-Baptist, last past (29 Aug., 1316); 114b: also, for three years, from the same Feast, last past, (13 Sept., 1321); 160.

Boylewe, Matthew de, Dean of St. Buryan; L 207.

Boys, Henry de, inst. to Newton-St. Petrock; 119.

Boys, Simon; L 206b.

Boyvile, John de, presents to West Ogwell; 131.

Boyvile, Simon de, presented to West Ogwell; 131, 145b, (*Ord.*) 241, 242, 243.

Brademor, John de, admitted to Bondleigh; 117, 174.

Bradford [Bradeford, MS.],—

Sir William Mewy, priest, R.,—Licence of non-residence for a year from Michaelmas, to study in Theology or in Canon-Law (14 July, 1309); 42b.

Bradeforde, John de; L 193.

Bradeforde, Thomas de (formerly R. of Dartington), inst. to Tawstock; 82.

Bradninch,—

Ad requisicionem Fratris Henrici, Prioris de Piltone, Dominus licenciavit Dominum Walterum le Wolfe, Rectorem Ecclesie de Charnes, presbiterum, ut idem Rector stare valeat et morari cum prefato Priore in mensa sua, a Festo Sancti Michaelis proximo futuro, per quinquennium extunc continuum, ad relevacionem eris alieni quo dicta Ecclesia oneratur; et interim Ecclesiam predictam, fructus et obvenciones ejusdem, eidem Priori dimittendi ad firmam.[2] Et dabit ad Fabricam Ecclesie Exoniensis xl solidos; tribus, videlicet, primis annis singulas dimidiam marcam, et subsequentibus duobus annis singulos x solidos; ita quod idem Prior prefate Ecclesie interim deservire faciat in Divinis, et curam exerceat debitam in eadem (24 Aug., 1317); 121.

[1] Hugo "de Camera," MS.

[2] *Et interim . . . . firmam*]. These words are interlined, which accounts for the irregular construction.

Charleton [Churletone *and* Churlatone, MS.],—

The Church being vacant, the custody of the Sequestration was committed to Robert Pollard, R. of Black Torrington (1 May, 1309); 40b.—William de Brawode, R.--Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, etc. (21 Sept., 1309) ; 44.—Sir Stephen de Brawode, R.—Licence of non-residence for two years, "pro Ecclesie sue predicte negociis" ; *also*, to put his Benefice out to farm, to William de Brawode (26 Sept., 1322) ; 169.

Cherletone, Roger de, Archdeacon of Totnes ; 121b, (*Ord.*) 243.

Charletone, William de, Chaplain ; L 213.

Charlinch [*Somerset*—Cherdelynche, MS.], *see* Quethiock (*Inst.*) ; 127b.

Chariter (*or* Charetter), Baldwin son of Robert le (of Torrington), inst. to Bratton-Fleming ; 158b, (*Ord.*) 243b.

Chastiloune, Malculinus ; L 209b.

Chauntemerle, John (son and heir of Wm.), does homage to the Bishop for two virgates of land in Thorney, "pro xijd. per annum, per servicium militare" (28 July, 1308); 35.

Chawleigh [Chalveleghe, MS.],—

Sir Walter de Elmham, priest, R.—Licence of non-residence for a year, "racione obsequiorum Nobilis Mulieris Alianore de Curtenai, ad instanciam ejusdem Nobilis (15 Oct., 1323) ; 177.

Cheddere, William de, inst. to Cowick (Vicarage) ; 120b.

Chelreye, Thomas de, R. of Henton-St. George (Dioc. B. and W.), proctor for Andrew de Drokenesforde ; 157b.

Cherde, Walter de, R. of Little Hempston ; (*Ord.*) 218.

Cheriton [Fitzpaine[1]],—

John Hanam, subdeacon, R.--Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study, etc. (29 Dec., 1308) ; 37b. This was renewed, 21 Oct., 1309 ; 44b.

Cheriton-Bishop [Churitone, MS.],—

Master Richard de Sefford, R.—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (10 Oct., 1316) ; 115b: Licence of non-residence till Michaelmas, and for two years after, if he went abroad to study; for one year only if he remained in England (13 May, 1318),—"et dabit ad Fabricam Exoniensem j marcam" ; 127: renewed for a year ; but no reason is assigned (30 Oct., 1320) ; 154: again [Seforde, MS.], for a year (9 Jan., 1322-3),—"ac [Dominus] condonavit sive remisit eidem xx solidos de xl solidis, in quibus propter suam non residenciam eidem Patri, pro anno precedenti, mulctatus extiterat"; 171.

Churitone, Henry de ["dispensatum fuit cum Henrico dicto Roberti, de Churitone," MS.]—*super defectu natalium*, (11 Nov., 1311) ; 65b.

Chernebury, John de, inst. to Combmartin ; 56b.

Chernebury, Richard de, inst. to the Chantry of Morthoe ; 70.

---

[1] Probably ; but both Cheriton-Fitzpaine and Cheriton-Bishop are called, simply, "Churitone" in the Register.

Chessebecche, Richard de; L 188[b].

Chesthunte, Stephen de, Canon of Bosham,—

Fidelitas :—xxj die Decembris (1309), apud Farendone, Magister Stephanus de Chyshunte, Canonicus Libere Capelle de Boseham, fecit Domino fidelitatem de terris et tenementis ad dictam Prebendam suam spectantibus; presentibus Dominis Stephano, Rectore Ecclesie de Thorny, Petro de Honetone, Rectore Ecclesie de Ylstyngtone, Magistro Willelmo de Wolleghe, et aliis; 45[b].

The following Entries refer to his Preferments (after his death):—

Treshonourable Seignour,—Nous reccomes voz Lettres le jour de la fesance de cestes, par les queles vous avet prie qe nous voillom vouchiersauf en vestre cher clierk, Sire Johan de Hothom, et doner a li la Provendre qe Mestre Estephne de Chesthonte aveit en la Esglise de Boseham, par regard de charite; dunt, trescher Seignour voillet saver que nostre Piere Esperital, le ArceEvesque de Cantelourie, permy privilege qil ad de la Curt de Rome, ad fet une reservacion de la precheyne Provende vacante en la dite Esglise de Boseham pour un de ses clierks, nous ne poyoms en nule manere, sans especial assentement de ly, la dite Provende doner tut soi ele vacante et apendesit fraunchement a nostre Collacion, nous la dorriem volenters a tote forz a vostre requeste, et si lavom nous fet tant avant come nous poums sans fere prejudice au dit Privilege, et la dite Provende soit vacante. E dautre part, cher Seignour, il covent qe nous seyoms bientost a Londres par vostre commandement et la, Sire, si vous plest, parleroms ovesque vous, et ovesque le dit ArceEvesque sur cestes choses, et ferrom permy vostre et son ordeynement sur ceo quantqe nous poums bonement. Nostre Sire, etc. Done a Horsleghe le x jour daveril [1315]; 106.

Memorandum quod, cum Magister Stephanus de Chesthunte, Canonicus Libere Capelle de Boseham, Thesaurarius Nobilis Nati Domini Regis Anglie, Comitis de Chestre,[1] nuper decedens, eidem Comiti in non modica peccunie quantitate teneretur tempore quo decessit, impetratum fuit Breve Regium, ex parte ejusdem Comitis, Domino Episcopo Cicestrensi, ad sequestrandum omnia bona Ecclesiastica que idem Stephanus habuit in Dyocesi sua. Sub colore cujus Brevis sequestravit bona Ecclesiastica que idem Stephanus habuit in Libera Capella de Boseham et in Prebenda sua ibidem. Et quia videbatur Domino Exoniensi Episcopo, Custodi dicte Capelle, predictum Episcopum Cicestrensem, sub colore dicti Brevis, Jurisdiccionem, ut premittitur, in dictis Capella et Prebenda temere usurpare, in prejudicium Domini Regis, sui, et lesionem libertatis Capellarie predicte, idem Dominus Exoniensis Episcopus significari fecit premissa predicto Domino Regi et ipsius Consilio; unde emanavit Breve Domini Regis sub Magno Sigillo, predicto Domino Episcopo Cycestrensi, sub hac forma:—

Edwardus, Dei gracia, etc., Johanni, eadem gracia Episcopo Cicestrensi, salutem.—Licet nuper, quibusdam de causis vobis mandaverimus quod omnia bona Ecclesiastica que Stephanus de Chesthunte habuit in Dyocesi vestra, die quo obiit, sequestrari et sub arto Sequestro custodiri faceretis, donec aliud inde precepissemus, intencionis, tamen, nostre non extitit quod vos, occasione Mandati nostri predicti, Sequestrum aliquod in bonis que fuerunt ejusdem Stephani in Capella nostra de Boseham, que Libera Capella nostra est, ut dicitur, seu Prebendis eidem Capelle annexis, inventis imponeretis. Et ideo vobis mandamus quod Sequestrum si quod, occasione Mandati nostri predicti, in bonis que fuerunt predicti Stephani in Capella, seu Prebendis predictis, apposueritis, illud sine dilacione aliqua relaxetis.—Teste meipso, apud Langeleghe, xxiiij die Julii, Anno Regni nostri Nono [1315]; 106[b].

Chittescombe [Chetecoumbe, MS.], the Manor of; L 187, etc.

Cheverestone, Robert de, inst. to Doddiscombsleigh; 56, 115, 128, (*Ord.*) 226, 227, 228, 228[b].

Cheverestone, William de; *Confessio,*—

Memorandum quod, vicesimo septimo die mensis Junii, Anno Domini Millesimo tricentesimo sextodecimo, Indiccione quartadecima, quidam Willelmus de Cheverestone, Exoniensis Diocesis, in Capella Hospicii Venerabilis Patris, Domini Walteri, Dei gracia, etc., Londoniis, personaliter constitutus coram eodem Patre ibidem presente, ex certa causa que subsequitur, gratis comparuit, ut asseruit tunc ibidem, gratis eciam et sponte submisit se Jurisdiccioni ejusdem Patris, et in ipsum tamquam in Judicem et Ordinarium suum consentire et ipsius Mandatis Canonicis obedire promisit bona fide. Unde, objecto eidem Willelmo per eundem Patrem crimine adulterii cum quadam Isota Pral, idem Willelmus fatebatur expresse se de hujusmodi crimine esse reum, et, tactis Sacrosanctis Evangeliis, coram eodem Patre abjuravit peccatum et privatum accessum ad eandem unde suspicio oriri poterit et mala fama. Et dictus Pater, recepto dicto juramento, et quod Penitenciam pro hujusmodi peccati eidem Willelmo imponendam fideliter faceret, injunxit eidem quod de privato peccato hujusmodi, in virtute juramenti supradicti, de Confessore suo privatam reciperet Penitenciam, et publicam Penitenciam idem Pater sibi reservavit, eidem Willelmo imponendam, prout et quando viderit expedire.—recepit Presentibus Magistro N. de Hele, Ricardo de Tuvertone; 112[b].

This Entry is repeated, nearly verbatim, on fol. 115[b]; but for "Isota Pral" is substituted "Isolda Palle." "Pral" is correct.

Chichester, John de Langeton, Bishop of, *see* Bosham.

Childetone, Gervase de; (*Ord.—Pris.*) 222[b].

Chipham, John de, inst. to Payhembury; 74[b]: resigns Payhembury ("de Chippenham," MS.); 154: is inst. to Stoke-Damarel; 152[b].

Christian-Malford, Wilts; *see* page 8.

Chuddeleghe, Master Richard de, R. of Berry-Narbor (*q.v.*); 120[b], 125: Proctor for Walter de Cloptone; 168.—*See* Consistory Court; 172.

Chulmleigh, the Prebendal Church of,—

Ad rogatum Magistri Roberti Fromond Dominus licenciavit Willelmum de Bello Alneto, presbiterum, Porcionarium in Ecclesia de Chulmeleghe, quod ipsam Porcionem, fructus et proventus ejusdem, prefato Magistro Roberto tradere possit ad firmam, a Festo Sancti Michaelis proximo futuro usque ad idem Festum anno revoluto, et interim absentare se ab eadem, et super non residencia pro dicto tempore dispensavit; ita, tamen, quod cura animarum ad eandem spectans Porcionem diligenter excerceatur in eadem; et super hoc recepit Literas idem Robertus (14 Sept., 1310); 56 (and 15 Sept., *ibid*).

William Dalbenney [called, elsewhere, de Bello Alneto],[1] Prebendary of; Dispensation for two years from last Michaelmas, to study, etc., (28 Oct., 1308); 36: Licence of non-residence and to put out his Portion to farm, for one year (29 Sept., 1316); 115: Licence of non-residence till Michaelmas, "pro suis et Ecclesie predicte negociis utiliter interim procurandis, (1 Nov., 1317),—"et dabit ad Fabricam Tabule dimidiam marcam; pro qua Heuricus le Megre"; 123[b].

---

[1] Described as "Porcionarius Curatus in Ecclesia de Chulmeleghe" (folios 115, 123[b]), and as Rector of Chulmleigh in the List of Ordinations.

Chulmeleghe, Robert de, inst. to Yarcombe ; 109[b].

Churchstanton ; Institution of Thomas de Helyngham thereto, by Bishop Bytton, 18 March, 1303.—This "Memorandum" (fol. 43) is printed at length in Vol. I., page 414.

Churchstow [Churestowe *and* Churistouwe, MS.],—

Roger de Coleputte, (*or* Colepitte) R.—Dispensations: non-residence till Michaelmas next, to study, etc. (19 Dec., 1308) ; 37: 20 Sept., 1309 ; 44: and again, 31 Aug., 1310. 54[b] (both for a year) : also, from 19 Oct., 1311, to Michaelmas, 1312, "ad rogatum Domini Abbatis de Bockfast"; 64[b]: and for two years from Michaelmas, to study—"in transmarinis partibus" (28 July, 1312); 72[b].

Chyvenore, Thomas de, inst. to Loxhore ; 144[b].

Circestre, Sir Thomas de, presents to Dunterton ; 157[b].

Cissor, Walter, a Priest-Vicar of Crediton (*q.v.*) ; 67[b] : inst. to Upton-Hellions ; 115.

Cisterna, Robert de, Canon of Exeter, exchanges for a Prebend in Crediton ; 35, 126[b].—*See* page 15.

Clannaborough [Cloveneburghe, MS.],—

Richard de Sydewyn, accolite, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1312, to study, etc. (11 April, 1311); 60[b].

Clare, Matilda de, Countess of Gloucester and Hertford, *see* Canonsleigh ; 86[b].

Clare, Richard de, R. of Bradninch, resigns ; 126[b].—*See* Rockbeare ; 125[b].

Clayhanger [Cleyhangre, MS.]; Wm. de Mileforde, accolite, R.,—

Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (2 Jan., 1311-12) ; 68.—About three years later, this Rector was afflicted with insanity, and the Bishop committed the Custody of the Parish to Sir Stephen de Cristenistowe, priest, and Richard de Sydenham, clerk:—"Apud Clyst, xxix die mensis Julii [1315],—Cum Dominus Willelmus de Milforde, Rector Ecclesie de Cleyhangre, nostre Diocesis, clemencia disponente Divina, adeo sit furia et aliis morbis inevitabilibus jam deductus quod se, Ecclesiam predictam, et res ac bona ipsius, necnon regimen et curam animarum ipsius Ecclesie sibi commissam regere nequeat, ut deceret ; nos, nolentes quod hujusmodi cura, res, et bona, predictis morbis durantibus, quantum in nobis est, depereant, set volentes remedium in ea parte quale ad presens possumus adhibere, de vestris fide et circumspeccione plenam in Domino fiduciam optinentes, Custodiam hujusmodi cure et regiminis, rerum et bonorum predictorum, ac eciam persone Rectoris predicti, vobis pro nostro beneplacito duraturam committimus per Presentes ; ita quod dicte Ecclesie pro tempore hujusmodi Custodie debite deserviatur in Divinis, et animarum cura exerceatur diligencius in eadem, dictoque Rectori de prefatis bonis necessaria ministrentur, nobisque super hiis omnibus et singulis racionem reddere poteritis, cum fueritis requisiti" ; 107[b].

Clayhidon [Hidone, MS.], Sir William de Forde, priest, R.,—

"Licencia commorandi in servicio Domine Margarete de Dyneham, usque ad Festum Beati Petri ad Vincula (1 Aug.), from 26 Dec., 1322; 171.

Cleer, Petrus, *see* Petit ; 108.

Clifford, a village in Dunsford; 100[b].

Clivedone, Matthew de (*see* "Wills"—Fuiz Payn); L 214.

Clonfert, Robert, Bishop of, *see* Suffragan Bishop.

Clopcote, William de, inst. to Uffculme; 166[b].

Cloptone, Walter de, resigns his Portion in the Church of Tiverton (*q.v.*, 52[b]), and is inst. to Kenn; 70, 143: to Parkham; 168: to the Prebend of Cutton; *ibid.*, 171[b]. *See* Washfield; 80.

Cloteworthi, John de, R. of East Buckland (*see* "Confessions"), 48: resigns; 53[b]: is inst. to Filleigh; 52.

Clovelly [Cloveli, MS.], Sir Richard [de Dolburghe], R.,—

Licence of non-residence for a year.—"Ad preces Religiosi Viri, Domini Johannis, Dei gracia Abbatis Hertilaundie, ... pro suis et dicte Ecclesie sue negociis procurandis,—"et dabit ad Fabricam Exoniensis Ecclesie xxs." (18 Aug., 1314); 87.

Clovelly, Dame Edith, Lady of Clovelly, presents to; 32[b].

Clyf, Robert de, inst. to Bridford; 101[b].

Clyfford, Sir Reginald, presents to Combe-in-Teignhead; 40[b].

Clyfford, Reginald de, inst. to Combe-in-Teignhead; 40[b], 44, 64[b], 115, 181[b], (*Ord.*) 222[b], 231, 232[b]. *See* L 214[b].

Clyst Episcopi,—

MEMORANDUM quod, cum Dominus Robertus . . . . ,[1] alter de majoribus Capellanis nove Capelle de Clist Episcopi, fuisset diffamatus de incontinencia cum quadam Eva . . . . [1], que morabatur intra et juxta Portam Orientalem Civitatis Exonię, et super hoc per Dominum Episcopum presencialiter increpatus, fatebatur sibi objecta quoad incontinenciam cum dicta muliere. Unde demum, juxta prefixionem prefati Domini Episcopi, comparuit prefatus Robertus apud Peyntone, die Sabbati proxima post Festum Nativitatis Beate Virginis [11 Sept., 1316], in Capella Curie ibidem, dicto Episcopo pro Tribunali sedente, ducens secum Dominum Ricardum de Molyns, socium et presbiterum in dicta Capella de Clist et Domo, et fatebatur ibidem dictus Dominus Robertus incontinenciam, ut prius. Propter quod idem Episcopus, preter privatam penam quam pro hujusmodi delicto a suo reciperet Confessore in foro penitenciali, de ipsius expresso consensu penam quadraginta solidorum solvendorum si de dicta Eva, vel eciam quacumque alia in Diocesi Exoniensi, super incontinencia amodo sit convictus; pro qua, quidem, pecunie summa in eventum illum prefatus Dominus Ricardus, socius suus, ut premittitur, manucepit in solidum. Unde, de ipsorum expresso consensu, ad solucionem dictorum xl solidorum, si amodo taliter convictus fuerit, quilibet obligavit se ad id idem, sub pena amissionis Beneficii sui, et eciam juravit, tactis Sacrosanctis Ewangeliis, quod si contingat eum per infortunium taliter delinquere, ut premittitur, veniret ad prefatum Episcopum, si fuerit in Diocesi, infra mensem a tempore hujusmodi commissi per eundem, et id sibi secrecius revelabit, et suum Beneficium predictum in manibus ejusdem resignabit.—Presentibus Domino Petro de Honetone, Magistro Nicholao de Hele, Gilberto de la Thorne, clericis, et Ricardo de Twyvertone, Notario; 114[b].

[1] Perhaps, Robert de Gosham, *see* Clystbridge (*Inst.*); 66[b].—Spaces were left for the names, and never filled in.

Clyst-Fomison (*hodie* Sowton) and Farringdon,—

Annexio Ecclesiarum de Clist Fomizon et de Farndone,—

UNIVERSIS, etc., Walterus, etc.—Inter solicitudines quas imbecillitati nostre creditum nobis, permittente Domino, ministerium alligavit, ea sedulis meditacionibus revolventes que tam per nos, quam Predecessores nostros ad laudem Dei animarumque profectum sint salubriter ordinata, sicut illa desideramus inviolabiliter custodiri, sic per ea materiam dissensionis et scandali inportabilisque oneris detrimentum sine remedio provisionis accomode non patimur aliis imminere. Dudum siquidem felicis recordacionis Dominus Walterus, Exoniensis Episcopus, Predecessor noster, cujus virtutes, merita recolenda, brevi stilo describere non valemus, Ecclesiam de Farndone, nostre Diocesis, in proprios usus duorum presbiterorum qui in Capella Sancti Gabrielis infra septa Curie nostre de Clist situata, pro animabus omnium Predecessorum et Successorum suorum, Episcoporum Exonie, et sua, omniumque fidelium defunctorum perpetuo celebrarent, pro ipsorum presbiterorum alimonia, intervenientibus omnibus et singulis requisitis jure solempniis, assignavit perpetuoque concessit. Set, cum hujusmodi assignacionis et concessionis Ordinacio tam provida, post obitum prefati Predecessoris nostri succedentibus temporibus non servata, sperati fructus non afferens fertilitatem, donec nostri regiminis advenirent tempora omnino sterilis permaneret; nos, post multorum temporum curricula ad Exoniensis Ecclesie gubernacula, licet ex insufficientibus meritis, evocati pariter et assumpti, memorati Predecessoris nostri tam in hoc quam in aliis facta quam plurimum laudabilia recensentes, ipsaque jugiter ponderantes; cogitantes, eciam, quam sanctum est et salubre pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur eorum, prefatam Ordinacionem, assignacionem, seu concessionem, tam nobis quam Predecessoribus et Successoribus nostris non mediocriter profecturam, duximus innovandam, ipsamque innovavimus de consensu dilectorum filiorum Decani et Capituli Ecclesie nostre Exoniensis, ac aliorum omnium quorum interfuit vel interesse potuit, et juris ordine qui requirebatur in omnibus observato, locum magis ydoneum pro celebracione hujusmodi facienda, Capellam, videlicet, Sancti Gabrielis in villa de Clist Episcopi, infra limites Manerii nostri predicti, de bonis bone memorie Domini Thome, Predecessoris nostri, constructam, illis qui nunc sunt, et in personis eorum omnibus qui futuris erunt temporibus, assignantes; Vicaria perpetua in predicta Ecclesia de Farndone per nos taliter ordinata quod Vicaria hujusmodi consistat in toto Sanctuario, ac terris, domibus, et clausis, decimis tam majoribus quam minoribus predicte Parochie de Farndone, una cum decimis tam majoribus quam minoribus, oblacionibus, et aliis obvencionibus quibuscunque, de veteri dominico Manerii nostri de Clist provenientibus, pro quibus tamen decimis, de nostro dominico predicto provenientibus, quamdiu voluerimus Vicario de Farndone qui pro tempore fuerit de quadraginta [sex] solidis et octo denariis sterlingorum satisfacere, et ipsas decimas nostris usibus secundum quamdam Ordinationem possimus applicare. Duo quoque presbiteri memorati per nos et Successores nostros preficiendi, et ad predicte Celebracionis officium secundum modum in nostra super hoc facta Ordinacione patenter expressum de cetero deputandi, sub nomine proprietatis Ecclesie predicte taliter appropriate, a Vicario qui pro tempore fuerit, certis statutis terminis, undecim marcas sterlingorum percipiant annuatim, prout in quibusdam super hiis confectis Literis plenius continetur. Verum, quia jam, temporum qualitate mutata, fructus redditus et proventus Ecclesie de Farndone predicte adeo sunt tenues et exiles quod ipsius Ecclesie Vicarius, soluta memoratis presbiteris predicta peccunie quantitate, nequit de residuo sustentari et onera incumbencia supportare, ne vel ipsorum presbiterorum porcio que ipsis ad plenum non sufficit diminucionem caperet, quod nollemus, vel, Persona ydonea non inventa que, propter ipsius exilitatem onera que incumbunt predictam Vicariam acceptare voluerit ob graciam animarum, cura que in ipsa imminet negligatur, ipsaque Ecclesia debito

Divino obsequio defraudetur, noctes quandoque transivimus insompnes, dum attentis vigiliis per quam tanto discrimini possemus occurrere cogitavimus de medela. Cum, igitur, Universalis Ecclesia tota unum corpus misticum sit censenda, non putamus inconveniens si, quemadmodum unius veri corporis membra sibi mutuo suffragantur, ex unius Ecclesie facultatibus alterius inopia sublevetur, cum alterum alterius onera portare precipiat Lex Divina. Quapropter, habitis super hoc cum dilectis filiis Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis deliberacione plenissimis et tractatu, de ipsorum consilio et assensu vocatis ad hoc Johanne de Eisi, Rectore Ecclesie de Clist Fomizon, ac eciam Ricardo Cole, Perpetuo Vicario Ecclesie de Farndone, predicte nostre Diocesis, et de nostro, racione Episcopii nostri, existencium patronatu, ac juris solempniis que requiruntur in omnibus observatis, de ipsius Rectoris tunc presentis post multas et varias altercationes expresso consensu, auctoritate ordinaria statuimus et ordinamus quod omnes decime tam majores quam minores de antiquo dominico nostro Manerii nostri de Clist provenientes, pro quibus quadraginta sex (*sic*) solidos et octo denarios sterlingorum in peccunia numerata juxta predictam Ordinacionem solvere consuevimus Vicario Ecclesie de Farndone qui pro tempore fuerit, tempore quo decima a novem partibus fructuum separari solet integraliter persolvantur, omni facultate tam nobis quam Successoribus nostris prefatas decimas pro predicta peccunie summa retinendi penitus interdicta; ita quod a predicta quadraginta sex solidorum et octo denariorum solucione nos et Successores nostri inperpetuum simus liberi et immunes. Decimas, eciam, tam majores, quam minores ex novo dominico nostro nunc in Manerio nostro de Clist existente, ex parte Orientali aque de Clist, quas Rector Ecclesie de Clist Fomizon aliquociens consuevit percipere, super quibus inter Rectorem Ecclesie de Clist Fomizon et Vicarium Ecclesie de Farndone existentes pro tempore, utroque decimas ipsas ad suam pertinere Ecclesiam pretendente, questio est suborta, ad amputandum litis et dissensionis materiam, que tam super hiis quam aliis decimis et juribus parochialibus inter Rectorem et Vicarium prelibatos, cum utriusque Ecclesie scandalo, procurante pacis emulo, suscitata extitit ab antiquo, dicte Ecclesie de Farndone inopiam, de qua plenissime nobis constat, quatenus commode possimus sublevandum, ad predictam Ecclesiam de Farndone presenti Statuto pertinere debere decernimus, ipsasque eidem concedimus et eciam assignamus; ita quod Rector Ecclesie de Clist Fomizon omnes decimas, obvenciones, et quecunque jura parochialia, que a nunc tenentibus nostris ex predicta parte Orientali aque consuevit hactenus percipere, absque diminucione qualibet percipiat sicut prius. Et quoniam per assignacionem et concessionem predictarum decimarum de novo nostro dominico predicto proveniencium, que ad sexaginta solidos sterlingorum et amplius valorem annuum communiter se extendunt, sic inopiam predicti Vicarii relevare cupimus quod sibi quicquam superfluum minime relinquatur, statuimus et ordinamus quod ultra summam undecim marcarum sterlingorum, de quibus supra scribitur, prefate Ecclesie de Farndone Vicarius, qui pro tempore fuerit, memoratis duobus presbiteris, qui similiter pro tempore fuerint, tresdecim solidos et quatuor denarios, et Rectori Ecclesie de Clist Fomizon, cui per assignacionem et Ordinacionem hujusmodi aliquale videtur prejudicium generari, tresdecim solidos et quatuor denarios prefate monete, annis singulis, in Festis Sancti Michaelis et Pasche, pro equalibus porcionibus, perpetuo solvere teneatur; ad cujus peccunie solucionem, tam prefatis presbiteris quam Rectori predicto, suis termiuis fideliter faciendam, memoratum Vicarium eisdem modis et formis astringi volumus et, eciam, ordinamus, quibus ad solucionem undecim marcarum de quibus supra diximus eisdem presbiteris faciendam per aliam nostram super hoc Ordinacionem idem Vicarius est astrictus pena in eadem Ordinacione, si in solucione hujusmodi peccunie defecerit immerite.—In cujus rei, etc.—Datum in Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exoniensis, xxviij die mensis Septembris, Anno Domini M°. CCC^mo xxj°.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis predicte, Ordinacioni et assignacioni premissis, super

quibus nobiscum solempnis et diligens habitus est tractatus, consensum prestantes unanimem et assensum, presentes Literas in testimonium consensus et tractatus hujusmodi, sigilli nostri munimine fecimus roborari.—Datum die, loco, et anno supradictis.—fol. 164.—Sir William de Henghestecote, subdeacon, R., *see* "Letters Dimissory"; *ibid.*

[Clyst-Honiton (Clysthynetone, MS.),—

Visitation by Masters Robert de Veteri Terra and John de Uphavene, 14 July, 1301,—die Veneris sequente [Festum Translacionis Beati Benedicti].—"Nullum Psalterium in Ecclesia nisi in Antifonario. Legenda male ligata. Missale debile. Nullus calix; et cetera omna ad Ecclesiam spectancia quasi insufficiencia. Cancellum ruinosum, et quasi pro majori parte corruit, ita quod in Majori Altari non possunt Divina honeste celebrari. Nullus Parochianus tunc presens, per quos possit super ceteris Articulis inquiri. Sed postea, die Sancte Margarete [20 July], comparuerunt quatuor apud Exoniam, videlicet . . . . [1] Qui dicunt quod presbiter eorum Parochialis est honeste vite et bone conversacionis, et stetit ibidem per xxij annos, officium suum sacerdotale honeste complendo in omnibus que ad sacerdotem parochialem pertinent; sed jam senio confractus factus est insufficiens ad curam parochialem.—Dicunt, eciam, quod est ibi quedam Alicia, uxor Symonis Lucas, cujusdam nativi, adultera puplica, que se omnibus volentibus exhibet; ad quam habet accessum communiter quidam messor de Poltymor, et in ejus adventu est ibi magnus strepitus, ita quod maritus ejus, timens sibi, non audet ibi morari. Nec fit aliqua correccio de ea per Firmarium; unde timent vicini posse sibi magnum dampnum evenire per frequentantes eandem, et supplicant Firmario quod corrigatur vel amoveatur.—De defectibus in domibus Curie nichil sciunt: unde injunctum est eis ut videant defectus et reparacionem eorum estiment, et super hoc Senescallos Scaccarii Beati Petri certificent quam cicius commode poterunt.—Dicunt, eciam, quod Dominus eorum nec ejus ballivi in nullo sunt eis injuriosi nec onerosi, preterquam in omittendo punire predictam adulteram."—*Archives of the D. & C., No.* 3673,[2] page 37].

Clysthidon; John de Fordyngtone, clerk, R.—

Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1320, to study, etc. (10 Jan., 1319-20),—he was to take subdeacon's Orders within the time; 145b: (priest) renewed for a year, from Michaelmas (20 Sept., 1320); 152b.

Clyst-St. Gabriel, the Chapel of, *see* Faringdon (*Inst.*); 131.

Clyst-St. George [Clistwike, MS.], Philip de Cestre, R.,—

Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1323, to study, etc. (5 Sept., 1322),—he was to take subdeacon's Orders in the interval; 168b: (subdeacon) renewed for a year (7 Aug., 1323); 176.

Clyst-St. Lawrence, John Vautort, R.,—

Dispensation: Licence of non-residence till Michaelmas, and for a year after, to study, etc. (9 April, 1314); 83b.

---

[1] A blank space was left for the names, but never filled in.

[2] The contents of this very curious old Book are of much interest and value; especially the Reports of the Visitations of the Manors, etc. of the Dean and Chapter, during Bishop Bytton's Episcopate. These may well claim a place in the present Volume, for they throw much light on the daily life and religion of the people, and record facts not a few concerning the Parishes and Manors within which they lived and worked. The several extracts will be inserted, within brackets, in the General Index, with the exception of the Reports from *Ashburton*, *Branscombe*, *Broadhembury*, and *Buckerell*, which will be found under "Institutions," the earlier sheets of this Volume having been printed before the Old Book turned up.

Clyst-St. Mary, Sir Thomas de Trebervet, R.,—Licence of non-residence for a year, (3 Oct., 1315) ; 110.

Coadjutors,—Commission directed to Master Walter de Setone (Official-Principal), for their appointment, when Incumbents were unable to perform the duties (1 July, 1322) ; 168.

Cobbatone, William de, *see* Fonte, John de ; 53[b].

Cobbeleghe, Philip de, (late) Canon of Crediton ; 33[b].

Coctone, Gosceline de ; L 202[b].

Coffyn, Elias, presents to Inwardleigh ; 120.

Coffyn, John, presents to Alwington ; 172.

Coffyn, John, R. of Throwleigh ; (*Ord.*) 223[b] : L 197.

Coffyn (*or* Cofyn), William, R. of Warkleigh ; 143 : L 193.

Coiswynyne, Ivo and Walter de ; L 215.

Cokyntone, John de, collated to Stockleigh-Pomeroy : 79, 83[b], 109[b], 115, 142[b], (*Ord.*) 233.

Cockyngtone, Vincent de, Proctor for Henry de Gatepathe ; 47[b].

[Colaton-Raleigh (Coletone, MS.),—

Visitation (*see Clyst-Honiton, note*)—" facta die Sancte Juliane, Virginis, videlicet xiiij Kalendas Marcii [16 Feb.], Anno Domini M° CCC[mo] septimo, per Magistrum Ricardum de Morcestre, Canonicum Ecclesie Exoniensis, et Willelmum Bonde, Vicarium Ecclesie Exoniensis antedicte, per Dominos Decanum et Capitulum Exonie ad hoc specialiter deputatos, super defectibus in Ecclesia de Coletone memorata et Capella Sancti Theobaldi, Ornamentisque earundem ; necnon in domibus Rectorie et sue Capelle tempore mortis bone memorie Magistri Henrici de Somersete, quondam Decani Exoniensis, defuncti ; quorum reparacio ad ipsum defunctum pertinebat. Super quibus inquisitum erat per infrascriptos ; videlicet, Dominum Willelmum, Vicarium ejusdem Ecclesie de Coletone, Willelmum le Hurt, Walterum le Urye, et Robertum de Middeltone, Parochianos ejusdem Ecclesie laicos, juratos ; qui dicunt quod defficit (*sic*) una Legenda, precii xxvj*s.* viij *d.* Item, j Ordinale, precii v*s* ; j ciphus stagneus, precii iij*d.*, quem abstulit dictus Magister Henricus. Item, deficit unum Venitarium, precii ij*s.* Item, deficit in Cancello de Coletone j fenestra vitrea, et ferramentum ad eandem, que vix possunt reparari pro vj*s.* viii*d.* Item, dicunt quod est unum Antiphonare de Temporali et Communi Sanctorum totaliter dissolutum, et unum Collectarium per se, que possunt ligari, ut credunt, pro iij*s.* Item, dicunt quod Cancelli de Coletone et Sancti Theobaldi fuerunt tempore mortis dicti Magistri Henrici discooperti, et reparati per Dominum Decanum qui nunc est, set pro quanto ignorant. Item, dicunt quod reparacio stabuli, coquine, et pistrine, apud Coletone, vix possunt reparari pro x marcis, quia pro majori parte sunt ruinosi. Item, dicunt quod coopertura camere apud Coletone, ubi jacent Armigeri, constabit ad minus vj*s.* viij*d.* Item, reparacio fosse et cepis circa gardinum ibidem constabit v*s.* Item, dicunt quod defectus grangie et columbaris apud Sanctum Theobaldum vix possunt reparari de C*s.*, quia columbare ex toto est ruinosum, et grangia vel quasi. Item, dicunt quod clausura trium croftarum et unius parvi curtilagii vix reparabitur pro xx*s.*, ut sint in tali statu quo Decanus Andreas [de Kylkenny] eas dimisit. Item, dicunt quod idem Decanus Henricus, pro defectibus de Coletone et Sancti Theobaldi,

recepit ab Executoribus dicti Domini Andree, predecessoris sui, *xlib.*, de quibus apposuit in emendacione defectuum apud Coletone xiijs. iiij*d.* tantum."—*Archives of the D. & C.*, No. 3673, page 50].

Coldechote, Richard de; (*Ord. Pris*). 230.

Cole, Richard, collated to the Vicarage of Farringdon; 152[b], 164[b].

Cole, Thomas, *see* "Wills" (Egleby); L 212[b].

Cole, Walter, *see* Ros, Saer de; 38[b].

[Colebrooke (Colbrocke, MS.),—

Visitation (*see Clyst-Honiton, note*); 27 *June*,[1] 1301,—

Hugo de Coppelistone, Willelmus de Wottone, minor, Johannes de Godescote, Willelmus de la Come, et Willelmus Batin, cum aliis fidedignioribus de Parochia, legitime requisiti, et examinati super Articulis Visitacionem tangentibus, dicunt quod Dominus Willelmus, Vicarius, predicat suo modo; eciam, exponit eis Evangelia Diebus Dominicis quatenus novit. De Articulis, tamen, Fidei, Preceptis Decalogi, et peccatis mortalibus vitandis, non multum eos informat. Nec dicit Matutinas suas Diebus Solempnioribus cum nota, nec celebrat diebus feriatis, nisi alternis diebus. Et est diffamatus super incontinencia cum Lucia de la Stubbe, conjugata. Domus sue omnes, preter Aulam et cameram, corruerunt vel imminantur ruinam, quas in suo adventu in bono statu recepit; que non reparentur de C solidis. Et porta sua in tantum distat ab Aula, quam de novo elongavit, quod clamans exterius non auditur in Aula; quod est periculosum parochianis infirmis.—Et memorandum quod fuerunt in Ecclesia loci predicti, tempore presentis Visitacionis, unum Missale valde bonum, et aliud satis congruum; Gradale cum Tropario—bone litere, et bene notatum; aliud vetus, tamen sufficiens. Nullum Troparium per se. Bonum Manuale, cum Capitulario et Collectario, et Missis Solempnibus et communibus, in eodem volumine. Ordinale sufficiens per se, tam ad Missam quam ad Matutinas; et unum Spalterium (*sic*) largi voluminis et grosse litere, cum Collectario et Capitulario in eodem. Portiphorium[2] bonum, notatum. Legenda tocius anni aliquantulum abreviata, cum Spalterio (*sic*), in uno volumine; et in alio volumine Legenda Temporalis per se. Item, unum Antiphonarium valde bonum; vetus Antiphonarium male ligatum. Unum par Vestimentorum Festivale satis decens, et aliud Feriale sufficiens. Calix satis idoneus. Unum par Corporalium tantum. Tres Fiole sufficientes. Pixis argentea ad Eukaristiam, cum sera de argento, pendens ultra Altare. Crux Processionalis decens, de metallo. Duo Vexilla tolleranda. Tria superpellicia et unum rochetum. Cista ferro bene ligata. Item, Crismatorium de stanno, carens serura, et Baptisterium sine sera: et hoc stat per Vicarium, ut asserunt Parochiani, eo quod emerunt seras ad utrumque. Item, ad Majus Altare iij tuelle omnino insufficientes. Velum Quadragesimale; eciam, duo tapeta pro corporibus cooperiendis. Vas ad Aquam Benedictam de plumbo. Item, ad Altare Beate Marie bonus Calix; duo paria Vestimentorum plenaria, et iiij tuelle. Navis Ecclesie male est cooperta, et similiter Cancellum—quod Vicarius cooperire debet, ut dicunt Parochiani.—Item, tenentes de Sanctuario, jurati, dicunt quod redditus assisus est augmentatus tempore Domini Alani, per hoc quod cum terra de Eleney cecidisset in manus suas, per mortem cujusdam vidue que reddidit inde iiijs., Ricardus de Eleneye, qui eam tenet, dimisit terram suam quam tenuit apud Paynistone, et dictus

[1] "die Martis sequente [Festum Apostolorum Petri et Pauli], MS. But careful collation of the dates of these Entries shews that either "Festum Apostolorum, etc." is a clerical error for "Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste" or we must read "*ante* Festum."

[2] A Breviary.

Alanus tradidit eidem terram de Eleneye, quam nunc tenet; reddendo inde octo solidos, et faciendo inde omnia servicia que prius solebat facere pro tenemento suo de Paynistone. Item, dominicum est augmentatum, quia dictus Alanus tradidit illam terram quam prefatus Ricardus prius tenuit Matheo Vanel, pro tanto redditu quantum prius pro eadem portabatur, et retinuit in dominico circiter acram et dimidiam terre, juxta gardinum Occidentalem; quam bene inclusit ad affros et alias bestias inponendum.—Item, dicti jurati dicunt quod tempore quo Dominus Willelmus de Bisenam dimisit firmam, et dictus Alanus eam recepit, visitata fuit dicta firma per Senescallos Capituli, et defectus in grangia, stabulo, et coquina, tunc reperti, estimati ad lx*s.*; quos hactetus non solvit idem Willelmus, et nichilominus idem Alanus apposuit circa reparacionem dictarum domorum et alias melioraciones, ut dicunt, x marcas et ultra; quo non obstante in dimissione firme taxabantur defectus ad x*l* et iiij *s.*, quos Magister W., nunc Firmarius, de bonis ejusdem retinuit; unde subteriorem partem grangie reparavit, et alios defectus supplevit, et in supplendo persistit."—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *page* 20].

Coleforde, Hugh de, of Exeter, *see* Alre; 154.

Colepitte, John de, *see* "Wills" (Puntyngdone); 66: *also*, L 191^{b}.

Colepute, Roger de, R. of Churchstow; 37, 44, 54^{b}, 64^{b}, *(Ord.)* 223, 229.

Coleridge, *see* Winkleigh; 50^{b}.

Coleton, Richard de, resigns Blackawton; 38.

The Bishop grants him an annual Pension of xl *s.* "de Camera," payable at Michaelmas, till he could provide him with an Ecclesiastical Benefice (6 May, 1310); 50^{b}. He appears to have been soon afterwards inst. to Petrockstowe; but there is no record. *See* Ferariis, Herbert de (*Wills*); 60. Resigns Petrockstowe; 65: admitted (*in commendam*) to the Archdeaconry of Exeter; 120^{b}: an Executor of Roger de Otery's Will; 122^{b}: is collated to the Precentorship in the Cathedral, having declined the Archdeaconry of Exeter; 125. *See* Tetcott; 40^{b}: "Wills" (Puntyngdone); 66: Rome, Court of; 68: Vicar-General; 113, 139^{b}, 142: Exeter, Dean and Chapter of; 144: Dunterton; 160^{b}. *See*, also, L 190^{b}.—He was Proctor for William Norreis (7 April, 1309); 49.

Coliforde, John de, instituted, to the Prebend called "Maydene Provendre" in the Collegiate-Church of Chulmleigh; 162.

Coliforde, Richard de, R. of "Eglosros," (*i.e.*) Philleigh, deceased; 68^{b}.

Colle, John de, *see* Cornubia, Henry de; 121.

Colleshille (*also*, Collyshulle), John de, R. of North Bovey; 40^{b}, 109.

Colonia, John de, clerk; L 190.

Columbers, Stephen de, inst. to Sherwill; 59^{b}, 73.

Columbrigge, Thomas de, *see* "Litt. Dim."; 36^{b}.

Colombrigge, William de, *see* "Litt. Dim."; 175.

Colyn, Robert, inst. to Liskeard; 161.

[Colyton,—

Visitation (*see Clyst-Honiton, note*), 10 *July*,[1] 1301,—

"In Ecclesia Matrici unum Psalterium sufficieno, cum Collectaris et Capitulario, pro parte Vicarii; et Psalterium pro parte Parochianorum, vetus et nullius valoris. Antiphonarium per se non sufficit ad talem Ecclesiam. Legenda tocius anni in ij voluminibus plenaria, cum Antiphonario interposito, licet non de usu ex toto. Ordinale nimis obscurum. Martilogium, cum Ympnario, Capitulario, et Collectario, satis competens. Gradale bonum, et aliud vetus et defectivum. Missale bene notatum et aperte litere, et aliud sine nota. Manuale non valet. Processionale sufficiens, cum quibusdam Sequenciis. Calix magnus, in parte deauratus; et alius Calix ad Altare Beate Virginis, ejusdem magnitudinis; tercius minor set sufficiens. Quinque paria Vestimentorum plenaria, una Stola deficiente. Capa ad Chorum sufficiens, et alia vetus et debilis. Tunica cum Dalmatica de serico. Septem panni ad Frontalia, et alios ornatus Ecclesie. Tria Vexilla. Velum Quadragesimale sufficiens. Corporalium v paria, cum uno repositorio de serico et alia de lana. Due Cruces Processionales decentes, de metallo. Duo parva Candelebra enea ad Processionem. Unum superpellicium debile, et aliud nullius valoris. Rochetum bonum. Pixis ad Cibarium eburnea et honeste pendens, set sine sera. Crismatorium de plumbo, non seratum. Fiole iiij. Lucerna nulla. Cancellum sine celatura.

"*Testes Synodales*,—Ricardus Libor, Thomas de la Knolle, Thomas de la Doune, Henricus Honte, Johannes de Radyng, et Willelmus Roc. Requisiti super hiis que spectant ad Spiritualitatem, dicunt quod Dominus Robertus [Blond], Vicarius eorum, probus homo est, et predicat eis quatenus novit, set non sufficienter, ut eis videtur. Dicunt, eciam, quod predecessores ejus consueverunt vocare Fratres ad instruendum eos super salute anime; set iste non curat de eis, et si a casu venerint non recipit eos, nec prebet eis viatica. Unde petunt quod corripiatur. Item, omnes Capellani et Clerici Ecclesie honeste vite sunt, ut asserunt, et continentes. Et officialis Firmarii bene se habet in officio suo.—Item, dicunt quod Philippus Liver assignavit quondam Ecclesie de Colytone ij acras terre, pro xij denariis annuatim reddendis Ponti de Axe et luminari Ecclesie Beate Marie de Colytone et Capelle Sancti Calixti, per particulas equales. Et dicta terra tradita est cuidam tenenti per Firmarium; unde recipit dictum redditum et nichil inde solvit.—Item, dicunt quod predecessores Vicarii qui nunc est consueverunt invenire, sumptibus suis, unum Diaconum, deservientem Ecclesie, et jacentem in eadem pro Libris et Ornamentis Ecclesie custodiendis, qui recepit pro singulis classicis[2] et sponsalibus singulis denarium; quem Diaconum dictus Vicarius subtraxit, et commisit illud officium clericis suis Aquam Benedictam portantibus.—Item, iiij tenentes Sanctuwarii (*sic*), jurati, una cum prenominatis Parochianis, dicunt quod in adventu istius Firmarii stetit quoddam debile granarium in Curia ruinosum, quod, quia diucius stare non potuit, ballivi amoverunt illud; et valuit xx*s*., set de novo relevari posset pro xl*s*. Cujus meremium, cum lapidibus tecti, adhuc salvo custoditur. Item, j grangia corruit propter ejus debilitatem; et dictus Firmarius levavit eam pro majori parte de novo, que valet tales duas.—Item, tempore ejusdem prostrata est quedam parva domus, que fuit inutilis et gratis permissa est corruere; que estimatur ad v*s*. Item, pressorium, cum pila,[3] in adventu ejusdem tectum fuerat debili meremio, quem defectum estimant ij*s*. Item, dicunt quod omnes domus nunc stantes sunt in meliori statu quam fuerunt tempore quo

---

[1] "die Lune sequente [Festum Translacionis Beati Thome, Martiris"].

[2] *Classicum*]. "Jus pulsandi classicum pro mortuis et tributum ex eo percipiendi" (*D'Arnis*).

[3] *pressorium, cum pila*]. A wine-press; but here, perhaps, a cider-press. Pila—the *vat*.

eas recepit: set nulla est quam non oportebit de novo relevare, preter Aulam cum cameris et coquina, que non indigent nisi coopertura. Et dicunt quod pars grangie ruinosa, cum iiij aliis domibus in Curia, possunt reparari, in adeo bonum statum quo fuerunt quando primitus fuerunt constructe, per viij marcas, cum subsidio veteris meremii existentis in eisdem domibus. Preterea dicunt quod Firmarius melioravit Sanctuwarium cum marlura et fossatis[1] ad valenciam lxxvij*s*. Et sunt ibi de redditu assiso, cum pensione Vicarii, vj*l*. vij*s*., et una carrucata terre non estimata.

"*Schute,*—In Capella loci predicti est unum Psalterium sufficiens. Antiphonarium male ligatum. Ordinale competens. Duo Manualia debilia. Missale notatum. Nullum Gradale per se. Duo Troparia sufficiencia. Calix sufficiens. Duo paria Vestimentorum integra. Pixis ad Eukaristiam eburnea. Novem tualle, quarum iiij cum parura. Crux Processionalis de metallo. Cancellum discoopertum, ita quod tempore pluviali non potest ibi celebrari; et caret celatura et vitro in fenestris lateralibus. Preterea murus ejusdem est ruinosus, et ostium in eodem penitus confractum et sine omni serura, et interclusum versus Navem Ecclesie omnino dirutum. Campanile male coopertum, et similiter Navis Ecclesie. Item, Capellanus ibidem non habet domicilium, set jacet in Ecclesia minus honeste.

"Memorandum de altercacione habita, in presenti Visitacione, super decima feni tocius Parochie de Schute, et decima novorum clausorum, quas idem Vicarius percipit minus juste et contra tenorem Ordinacionis Vicarie sue, ut dicit Firmarius supradictus; super quo comparebunt, si sibi, cum sibi, viderint expedire, coram Decano et Capitulo, facturi et recepturi hinc inde quod justicia postulabit."—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *page* 32].

Combe-in-Teignhead, [Cumbe in Tynhide, MS.],—

Reginald de Clyfforde, subdeacon, R.—Dispensation for non-residence, for a year from Michaelmas just past, to study etc. (30 Sept., 1309); 44: renewed, till Michaelmas, 1312 (21 Oct. 1311); 64[b]: renewed (priest) for three years from Michaelmas, with leave to put out his Benefice to farm—"ut . . Scolasticis intendere valeat disciplinis" (23 Sept., 1316); 115: renewed, and to put out his Benefice to farm again for three years (23 Sept., 1324); 181[b].

Combmartin; Sir William Martyn's Hall there; 115[b].

Cumbmartin, William, merchant; L 207[b].

Compaignon, William, clerk; *(Ord.—Pris.)* 236[b].

Comptone, William de, (son and heir of William), does homage to the Bishop, at Crediton, 1 April, 1311, "de tenementis infra contentis,[2] pro tercia parte unius feodi Militis, . . . exhibens Cartam sub hac forma":—

Omnibus Christi Fidelibus, etc., Johannes, Divina miseracione dictus Episcopus Exoniensis [1186-1191] salutem in Domino.—Noverit Universitas vestra nos Cartam Predecessoris nostri, bone memorie, Roberti de Cicestria, quondam Exoniensis Episcopi [1138-1155], inspexisse, ex cujus tenore accepimus jam dictum Predecessorem nostrum concessisse et donasse Alurico, filio Serici de Comptone, et heredibus suis, quatuor ferlingos terre,

---

[1] *cum marlura et fossatis*]. "Marlare—*marla* agros stercorare." "Marlaria—fossa unde eruitur marla" (*D'Arnis*). The land had been well dressed and the fences and ditches were well kept up.

[2] Unfortunately, the Scribe omitted to copy the List of Tenements.

et quatuor acras terre, per habulum (*sic*) octo solidorum et per regalia servicia que ad easdem pertinent. Nos, autem, quod a Predecessore nostro laudabiliter actum est ratum et gratum habentes, easdem terras, cum augmento quatuor acrarum, quas ei donavimus; duas, scilicet, ex una parte gardini sui, et alias duas ex alia parte ejusdem gardini, jure hereditario tenendas, pro octo solidis reddendis pro omni servicio, memorato Alurico confirmamus. Hiis Testibus: Hardino, Priore de Brummore [*Breamore*]; Galtero [Fitzdrogo], Archidiacono Cornubie; Ricardo, et Bernardo, et Saverico, Capellanis; Magistro Reginaldo, Magistro Johanne, et Gilberto Basset, nepotibus nostris; Magistro Milone, Hugone de Islabona, Roberto Londoniensi; et aliis.—There were. also, present, on this occasion, Walter and John le Deneys, Richard de Inwardisleghe, Henry le Brock, Henry Noreys, Henry de Bokerel, Richard de Wodelonde, John de la Pomeray, and John de Somery; 60b.—*See* Aleborne; 44. [*Habulum* (and *habellum*) seem to be forms of *gabulum* (and *gabellum*): *see* "habellum"—*D'Arnis*].

Conerton and Drym, the Manors of, *see* Arundelle, John; 126b.

Confessions,—

Deputation of Penitentiaries ("Nota de Confessionibus audiendis"—*Grandisson*):—

Commissio ad audiendum Confessiones Ecclesiasticarum Personarum in casibus communibus.—Archidiaconatus Barum:—

Primo die Marcii [1309-10], Londoniis, emanavit Litera sub hac forma:—

Walterus, etc. . . . Archidiacono Barnastapolie salutem, etc.—Quia nos, juxta Ordinacionem in proximo preterito Provinciali Concilio factam procedentes, ad audiendum Confessiones Rectorum, Vicariorum, et Presbiterorum Parochialium de quibuscumque peccatis, nobis et nostris Superioribus, de jure vel consuetudine, seu alias, per nos in nostra Visitacione minime reservatis, et ad absolvendum penitentes de eisdem, et injungendum penitencias salutares pro eisdem, viros providos et discretos in singulis Decanatibus vestri Archidiaconatus, videlicet—

In Decanatu de Chulmeleghe, Magistrum Hugonem [de Ockestone], Rectorem Ecclesie de Sele Monachorum;
" " " Toritone, Dominum Willelmum, Presbiterum Parochialem de Magna Toritone;
" " " Hertilaunde, Dominum Umfridum, Vicarium de Monkeleghe;
" " Barumensi, Dominum Ricardum de la Beare, Annuelarium de Womberleghe [*Umberleigh*];
" " de Schirewille, Dominum Johannem [de Cloteworthi], Rectorem de Estboclaunde;
" " " Moltone, Dominum Ricardum, Rectorem Ecclesie de Westwolringtone;

ex Officii nostri debito duximus deputandos, singulis eorum in singulis predictis Decanatibus, ut premittitur, vices nostras committentes; vobis mandamus quatinus hec in proximis Capitulis vestris post recepcionem Presencium celebrandis faciatis sollempniter publicari; injungentes eisdem quod dictum Officium ita humiliter subeant et discrete prosequantur quod in districti Judicii examine suo periculo super hiis racionem reddere, et de seminibus que seminant in lacrimis venientes postea ad idem Judicium, manipulosque cum exultacione portantes, requiem eternam percipere valeant pro labore. Proviso quod nullus ad Personam alterius Decanatus, vel ad casus superius exceptos, suam presumat extendere potestatem. Cupientes, eciam, prenominatis Personis ad salutem animarum suarum uberius providere, ipsorum singulis indulgemus ut, durante predicto Officio ipsorum, in hujusmodi casibus sibi commissis, singulos discretos et ydoneos eligere valeat Confessores qui, audita ipsorum confessione, ipsos absolvere valeant, eisque injungere penitencias salutares. Copiam, vero, pre-

sentis Mandati, sub sigillo vestro, utrique de dictis Penitenciariis nostris fieri faciatis. Presentibus pro nostro beneplacito duraturis. Et quid inde feceritis nobis citra Pascha proximo futurum, cum tenore Presencium, rescribatis. Datum ut supra.

Commissio, ut supra, in Archidiaconatu Tottonie :—

Eisdem die et loco emanavit consimilis Litera Domino Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali, pro Personis ad Penitenciariam Domini in singulis Decanatibus ejusdem Archidiaconatus deputatis, ut sequitur,—

In Decanatu de Mortone, Dominus Thomas, Vicarius de Wydecumbe ;
„ „ „ Ypelepenne, Dominus Johannes, Vicarius de Hemestone, [*Broadhempston*] ;
Item, memorandum quod xixo die ejusdem mensis (Jan., 1321-2), Dominus existens personaliter in Castro Civitatis Exonie ingressus est in Capellam ejusdem Castri, que Prebendalis est, assistentibus sibi Henrico de Walmesforde, tunc tenente locum Vicecomitis Devonie, Domino Roberto de Stokhay, Milite, Henrico de Bokerel, et aliis in multitudine copiosa, et vidit eandem Capellam, in qua singulis diebus celebrari consueverant Divina, ruinosam et in nonnullis partibus ejusdem discoopertam, hostia fracta, et quasi penitus sine Celebracione Divinorum desolata. Dicebat quod remedium super hoc quamcicius comode posset apponeret oportunum; 164.

---

[1] The Prebends referred to are those of Carswell and Hayes. Strete held the former for a short time before being admitted to the latter, and he seems to have attempted to retain both Preferments.

Exeter; the Parish-Churches,—

Holy Trinity,—Sir Hugh, R. of,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, "ut . . . . intendere valeat obsequiis Domine Abbatisse de Berkyng (7 May, 1309); 40b.

St. Mary-Arches [Beate Marie de Arcubus, MS.],—Sir Henry Sake, priest, R. of,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (28 Sept., 1321); 161.

St. Mary-Major,—Sir Robert de Aspertone, the Rector, being disabled by infirmity, Sir William de Pedertone, a Vicar in the Cathedral, and Robert de Alfingtone, priest, were appointed coadjutors (3 Aug., 1316); 113b.

St. Olave's,—Master Walter de Sancto Leonardo, deacon, R. of,—Dispensation: non-residence till the Feast of St. Peter ad Vincula (1 Aug., 1320), to study, etc. (22 Dec., 1319); 145b.

St. Petrock's,—Sir Walter de Lieutrenchard, R. of,—Licence of non-residence till Whitsun-Day (11 June), "ad instanciam Magistri Johannis Bloyou" (7 Feb., 1317-18); 125.

Exeter College, the Statutes of; *see* Oxford.

Exminster [Exemynstre, MS.],—

This Benefice being vacant, Sir John de Lustleghe was appointed "yconomus" of the revenues (24 June, 1319); 141b.—Master Thomas de Plympstoke, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (28 Feb., 1319-20); he was to take deacon's Orders within the year; 148.—Having taken deacon's Orders, his Dispensation was renewed till 31 Dec., 1321 (3 Feb., 1320-1); 155: Again (28 Feb., 1321-2); 166b: and, again, for three years, from 28 Oct., 1322; 169b.

Eycote, Wm. de; *see* Gildeforde, Henry de,—"Wills"; L 201b.

F.

Faber, John (of Truro),—

Commission, directed to Sir Adam de Carletone, Archdeacon of Cornwall (9 Sept., 1310),—in Causa inter Matildam, relictam quondam Johannis Fabri, de Treru, laici, viduam, actricem, ex parte una, et Willelmum Walter, Thomam Treleke, Thomam Peticreu, et Rogerum Tresur filium Wolfe, nostre Dyocesis, reos, ex altera, nobis a Sede Apostolica delegata, vobis cum Canonice cohercionis potestate committimus vices nostras; 55b.

Fabian, John, chaplain; L 213.

Fairman, Robert *called,*—

Commission, directed "die Mercurii proxima ante Festum Exaltacionis Sancte Crucis" (9 Sept., 1310), to Master John de Upavene, the Subdean,—In negocio petite Purgacionis Roberti, dicti Fairman, super furto unius equi in Hundredo de Haytorre, Comitatus Devonie, coram Justiciariis Domini Regis ad prisonam ejusdem Regis in Comitatu predicto liberandam deputatis indictati, et propter hoc carceri nostro per eosdem liberati, cum omnibus et singulis Articulis ad ipsum negocium pertinentibus, vobis cum Canonice cohercionis potestate, tenore Presencium, committimus vices nostras; 55b.

—*Litera Testimonialis,*—The Bishop refers to the charge of theft and to Robert's imprisonment, and proceeds thus—"Idem, tamen, Clericus subsequenter, coram discreto viro, Magistro Johanni de Upavene . . . , facta

primitus super hoc, auctoritate nostra, proclamacione solempni certis die et loco sibi in hac parte assignatis, personaliter constitutus, prehabitis omnibus et singulis que in facto hujusmodi requirebantur, super predicto furto sibi, ut premittitur, imposito Canonice se purgavit" (19 Oct., 1310); 57. *See Ord-Pris.*, 226.

Falkawille, Richard de; 62[b].

Falleyse, Ralph la, held two Knights Fees of the Bishop of Exeter, in Stoke[-Bishop's]; 15[b].

Fareford, Richard de; L 197.

Faringdon (*Hants*), The Manor of "la Wodecote",—

Robert de Patrica, "suus humilis clericus et subjectus," writes to the Bishop as follows:—"Litem et indignacionem vestram fugere cupiens et vitare, servicium quod exigitis de terra quam de vobis teneo apud la Wodecote[1] in Manerio vestro de Farndone, videlicet quod supervidere et custodire debeam personaliter messores vestros, diebus qui vulgariter Bedrip[2] nuncupantur, me debere facere quamdiu tenuero terram hujusmodi—salvis michi omnibus racione dicti servicii debitis, juxta tenorem Consuetudinarii, seu prout in Consuetudinario vestro ibidem continetur, tenore Presencium recognosco. —In cujus rei, etc."—Dated, London, 4 Aug., 1311; 63.

The Bishop's reply:—"Licet racione laici tenementi quod de nobis tenetis apud Lawodecote in Manerio nostro de Farndone, ad supervidendum et custodiendum personaliter messores nostros apud Farndone, diebus qui vulgariter Bedrip nuncupantur, sitis astricti, prout per consuetudinarium ejusdem Manerii et recognicionem vestram inde nobis factam nobis est sufficienter facta fides; volentes, tamen, contemplacione persone vestre, quam sincero affectu diligimus, vobis super hiis graciam facere specialem, tenore Presencium vobis concedimus ut dictum servicium per attornatum vestrum ydoneum, per vestras Patentes Literas constitutum, quamdiu dictum tenementum, diebus nostris, in manu vestra tenetis, facere; quodque dictum attornatum, si vobis placuerit, mutare annis singulis modo simili valeatis.—In cujus, etc.—Dated at Stockwell, near London, 5 Aug., 1311; *ibid.*

Farnham, Geoffrey de, *Vicar* of Stokenham; L 190.

Farnham, Wm. de, clerk, and Rd. de Kyldringtone,—appointed Proctors for the Bishop and his adherents, in all cases of Appeal (1 April, 1311); 60.

Fauntestone, Richard de (son of Robert); L 191.

---

[1] Dr. Oliver thought that "la Wodecote—now Wood"—was in the Devonshire Parish of Farringdon; and in his List of its Vicars he included *Robert de Patrica*, who (he tells us) "occurs 5 July, 1311: *See* fol. 63, Stapeldon's Register." The reference is to the two Documents in the Text (the date being a mistake for 4 Aug.; there is no Entry at all under 5 July). But Robert de Patrica was, then, R. of Faringdon, *Hants*; and it is clear that la Wodecote was not in the Devonshire Parish. The Bishop of Exeter was not possessor of the Manor of Farringdon, but of Bishop's Clist in that Parish. And the words "in Manerio nostro de Farndone," undoubtedly, refer to the Hampshire Manor, which he *did* possess. *See* Oliver's *Eccles. Antiq.*, ii, 35, and iii, 83, 86. There are two farms in Faringdon called Upper and Lower Woodside.

[2] "*Bedrepes*: days of work performed in harvest-time by the customary tenants, at the bidding of their lords" (*Halliwell*).

Feniton [Vinetone, MS.],—Thomas de Rodeweye, R.,—Licence of non-residence for a year, Lent excepted—"et dabit xxs. ad Fabricam pro hujusmodi Licencia habenda" (26 June, 1309); 42.

Fenlake, John de, *see* Ros, Saer de; 38b.

Fenlake, Joan de, *see* Crediton; 67b.

Fenne, Walter de la, inst. to Ashbury; 43, (*Ord.*) 223b.

Fenne, William de la, inst. to Buckfastleigh; 49.

Fenne, Thomas, de la, inst. to Buckfastleigh; 172.

Fenoteri, Richard de, *see* Harpford; 113b.

Fentone, Adam de, inst. to Fremington; 152b.

Fentongollen, the Manor of, *see* St. Michael-Penkevil; 148, 163.

Ferrers, Herbert de, R. of Newton-Ferrers; 54, 60.

Ferrariis, Sir John de, Knt., presents to Thurlestone; 39, 45, 120b, 159b: to Rame; 126.

Ferariis, John de, R. of Southill; 38b, (*Ord.*) 218, 221.

Fereis, Matilda de, presents to Newton-Ferrers; 60b.

Ferres, Reginald de, inst. to Jacobstowe (*Cornwall*); 39: to Thurlestone; 45, 54b, (*Ord.*) 225.

Ferers, Walter de, R. of Bere-Ferrers; L 211b.

Ferariis, Sir William de, Knt., presents to Bere-Ferrers; 126, 130; to Newton-Ferrers; 171b.

Fevre, Henry and Roger le, of Liskeard; L 196b, 206b.

Fevre, Thorold le, *see* Duntone; 154b.

Filleghe, Thomas de, presents to East Buckland; 53b, 85, 158: to Filleigh; 52.

Filletone, Geoffrey *called* de,—Dispensation (22 June, 1309); he had gone to the Diocese of Bath, and the Bishop of Bath had ordained him to all the Minor Orders, and subdeacon, though he had no Licence from his own Diocesan; 42.

Filol, Robert; (*Ord.-Pris.*) 226.

Fitz-Arnulph, Thos., R. of Mamhead; 109b. *See* Arnulphi.

Fitz-Hugh, John, R. of Ashton; 126b, 142b, 154, 163b, 167b, (*Ord.*) 238, 241.

Fitzpaine (*or* Fitz-Pagan), Sir Robert de, Knt., presents to Puddington; 124: to Witheridge; 119, 123.

Fiz-Raufe, Robert le, R. of Rewe; 241b.

Fitz-Rogo, Sir Simon, Knt., *see* Meshaw (*Inst.*); 110.

Fitz-Rogo (*also*, Fiz-Roges), William, Provost of Glasney; 35b: resigns for the Archdeaconry of Exeter; 62b: deceased; 69b, 76b. He was, for a short time, Archdeacon of Barnstaple; 38.

Fitz-Stephen, Sir Gilbert, Knt., *see* Teukysbyry, Nicholas de; 39, 46^{b}.

Fitz-Stephen, William, son of Gilbert, *see* Kentisbury (*Inst.*); 176^{b}.

Fitz- Thomas, John, son of Walter; (*Ord.-Pris.*) 222^{b}.

Fitz-William, Robert, presents to Otterham; 40, 67^{b}.

Flamange (*or* Flamanke), Richard le, inst. to Roche; 139^{b}, 151^{b}, (*Ord.*) 241.

Flambard, Walter, *called* de Wyke,—Commission, directed to Richard de Morcestre, Archdeacon of Barnstaple, William de Kilkenni, and Benedict de Pastone, Canons of Exeter, in the matter of a Papal Provision, in his favour, to a Benefice in the Patronage of Buckfast-Abbey (15 Jan., 1316-7); 116^{b}.

Flemynge, Baldwin le, presents to Bratton-Fleming; 61, 158^{b}: to Alverdiscott; 150^{b}.—*See* Highampton [le Flemanc, MS.]; 114.

Flemyng, Mary, relict of Richard le; L 188.—*See* Bratton-Fleming; 53: Highampton; 83.

Flemynge, Thomas le, clerk; *see* Bratton-Fleming; 54: inst. to Bratton-Fleming; 61, 74^{b}, 111, 122^{b}, 130, 144^{b}, 154^{b}, (*Ord.*) 240^{b}: resigns; 158: is inst. to South Molton; 157^{b}.

Flour (*also* Flur), John le, V. of Tamerton-Foliot; L 190^{b}, 192.

Folkewille, Rd. de, Proctor for Hillary, R. of St. Breoke; 50.

Fonte, John de, and William de Cobbatone, plaintiffs, and William de Lorimer, priest, defendant,—Commission to the Bishop's Official-Peculiar (8 July, 1310),—no particulars given; 53^{b}.

Fonte, John de, inst. to Northill; 118, 122^{b}, 154^{b}, 181^{b}, (*Ord*) 240^{b}, 241.

Forde, the Abbat and Convent of, present to Payhembury; 74^{b}, 154, 181.

Forde, Godfrey de, inst. to Landrake; 176^{b}.

Forde, Michael de la, Chaplain of Spichewike in Widecombe-in-the Moor; 72^{b}.

Forde, Richard de, *see* Canterbury; 111^{b}.

Forde, Thomas de la, Proctor for Thomas de Baccotte; 149^{b}.

Forde, William de, inst. to Clayhidon; 171.

Fordyngtone, John de, inst. to Stoke-Damarel; 129^{b}, (*Ord*) 240: resigns, and is inst. to Clyst-Hydon; 144^{b}, 145^{b}, 152^{b}, (*Ord*) 243.

Fore, Peter; his escape from the Bishop's prison; L 200.

Forester, Henry le; L 213^{b}.

Forneaux, Sir Matthew de, Knt., presents to Meshaw ; 110.

Forrabury [Forbury, MS.], Wm. de Stonhouse, clerk, R. of,—
Dispensation: to study "ubi viget studium generale" for two years (2 Oct., 1308) ; 35b : renewed (for a term not stated), 12 Sept., 1310 ; 56: again, tlll Michaelmas, 1312 (19 Oct., 1311) ; 64b.

Forstrete, William de, V. of Axminster ; L 192b, 207.

Fowey ; *Taxacio Vicarie de Fauwe* :—
In the course of his recent Visitation of the Archdeaconry of Cornwall, the Bishop had ascertained that the Vicarage of this Church (which was appropriated to Tywardreath Priory), was so slenderly endowed that the Vicar, Sir John de Trevenor, was unable to support himself and discharge the necessary burdens of his Benefice. He determined to increase the Vicar's income, and, having cancelled all previous Taxations, ordered—"quod idem Johannes et sui successores . . . . habeant et percipiant, nomine Vicarie sue, mansum in quo dictus Dominus Johannes jam inhabitat, et totum Sanctuarium dicte Ecclesie, totum eciam altilagium, sub quo decimam omnium molendinorum ad aquam in Parochia dicte Ecclesie de Fauwe, necnon decimam feni et curtilagiorum in eadem Parochia nunc existencium cum vangis excultorum,—a quo, quidem, altilagio decimas piscium et duorum molendinorum ad ventum, juxta Fauwe de novo erectorum, ac eciam minutas decimas Manerii de Trenant, et mortuarium vivorum animalium dumtaxat tocius Parochie, per presentem Ordinacionem nostram a dicta Vicaria excipimus ; quas et quod prefatis Priori et Conventui volumus remanere." All ordinary burdens, including the repair of the Chancel, the windows, Books, and Ornaments were to be divided between the Vicar and the Priory, the latter to be responsible for two thirds and the former for one third of the cost ; but all extraordinary burdens were to fall on the Prior and Convent (15 Nov., 1314) ; 89b.

Foxhole, in Whitstone (*Cornwall*) ; L 191.

Foxeleghe (*also*, Foxle), Sir John de, one of the Judges of Assize ; 53b, 54, 60, 79, 116b.

France : the following Documents were copied into the Register, without note or comment,—
Memorandum quod Persone infrascripte, assignate per Dominum Regem Anglie ad superindendum (sic) Processum Vasconie, et ad providendum remedium super eodem, dicto Domino Regi et ipsius Consilio responsionem suam tradiderunt sub hac forma :—

I.—Wautier, Levesque Dexcestre, Thomas de Cobbeham, Wautier de Thorp, et Richard de Plympstoke, qui feurent assignee a surver les Proces de Gascoyne et de celes Parties, et pur ordiner remedie pur nostre Seignur le Roy, vous diount qe sur les Proces qe le Roy de Fraunce ad fait faire en celes Parties par ordinarie conisaunce eux ne seuent trover suffisaunt remedie et certein pur la Partie nostre Roy, ne par les ditz Proces, ne par les Escritz, qe leur sount monstre hors de la Tresurie, sil plest au Roy de Fraunce de continuer les ditz Proces. Et diount outre qe lour semble qe bon serroit de faire aukunes requestes pur nostre Seignur le Roi, et pur ses Gentz, au Roy de Fraunce, et en defaute de luy al Pape, sur les ditz Proces, et sur les pees auncianes et noveles, et sur les Proces qe sount fait et a faire sur les pees. Et dioms ensement qe eux ne seuent ne ne poount ne ne oseount ordiner les formes des dites requestes, saunz les plus Graunz et les plus Sages, come Evesques, Countes, Barouns, et Justiciers du Counsail nostre Seignur le Roy, pur les graunz perils qe eux veient en les dites choses ; les quieux eux sount prest a monstre au Roye et a seon Counsail, kaunt il lour plerra doier lour relacioun. Et si diount qe bon serroit qe

les requestes feusent faites au Roi de Fraunce, et, en defaute de luy, al Pape, par les plus graunz et les plus avisees du Consail nostre Seignur le Roi. Et ceo a moust graunt haste, kar il ya moust graunt peril en le delay ; 76b. [Not dated ; but entered under February, 1312-13].

II.—Philippus, Dei gracia Francorum Rex: notum facimus universis presentibus et futuris quod, cum olim ad aures nostras, Officialium, et subditorum nostrorum, et precipue quorundam appellancium, tam Ducatus Aquitannie quam vicinarum parcium, clamosa frequens insinuacio perduxerit nonnullas inobediencias commissas contra nos et ipsos, graves et enormes injurias, violencias, dampna, et gravamina, nobis ac ipsis illata, homicidia, raptus, incendia, ac rapinas, plurimaque alia maleficia fuisse perpetrata per Senescallos, Bajulos, Majores, Officialesque alios, servientes et subditos karissimi filii et fidelis nostri, Edwardi Regis Anglie illustris, Ducis Aquitannie ; super quibus, seu eorum aliquibus, certos Processus per Commissarios nostros, propter hec in eisdem partibus diversis vicibus destinatos a nobis, fieri mandavimus, ad sciendum si delata nobis, ut predicitur, vera essent, et providendum super hiis per viam rigoris justicie vel alias, ut deceret, et occasione seu ex causa dictarum inobedienciarum, injuriarum, violenciarum, maleficiorum, et aliorum predictorum, prefatus Dux in forefacturam terrarum suarum vel penam aliam, dictique Senescalli, Bajuli, Majores, Officiales, servientes et subditi Ducis ejusdem, in consimilem terrarum suarum vel corporum forefacturam, seu pecuniariam vel aliam penam inciderint, vel potuerint verisimiliter incidisse,—Nos, pulcrum vindicte genus ignoscere reputantes in quolibet presidente, et attendentes quod dictus Rex et Dux, ac Ysabella, uxor ejus, Regina Anglie illustris, filia nostra karissima, diebus istis Regnum nostrum Francie visitare volentes, illud ad requisicionem nostram, non sine magnis laboribus et expensis, ingressi fuerunt, et ibidem, assumpto nobiscum Dominice Crucis Signo pro passagio transmarino fecerunt per aliquod tempus residenciam personalem, ipsorum consideracione quorum affectamus desideriis complacere, et quibus nos reddere volumus liberales, omnem forefacturam terrarum, penam pecuniariam et aliam quamcumque, in quibus idem Dux, vel inclite recordacionis Edwardus, quondam illustris Rex Anglie, progenitor suus et consanguineus noster karissimus, poterunt erga nos, ex predictis vel aliis quibuscumque causis hactenus incidisse—eidem Duci, necnon Senescallis, Bajulis, Majoribus, Officialibus, et servientibus suis ac subditis ejusdem, Villarumque dicti Ducatus Communitatibus, qui subditi et Communitates de precepto, mandato, vel occasione servicii Ducis ejusdem, vel Senescallorum aut aliorum Officialium suorum, predicta commiserint, quamcumque forefacturam corporum, terrarum, et bonorum, bannimenta, omnemque penam pecuniariam aut aliam, quocumque nomine censeatur, de speciali gracia remittimus, et ipsos omnes et singulos ad famam restituimus, et omnem infamie notam, si quam ex premissis contraxerint, abolemus, ex plenitudine Regie potestatis ; salvo in premissis jure Parcium, et quolibet alieno, quantum ad interesse dampnorum, misiarum, expensarum, ac penarum civilium quarumcumque, qui ipsos per Processus jam factos, vel fieri inchoatos seu inchoandos, legitime prosequi voluerint ad interesse predictum. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, Presentibus Literis nostrum fecimus apponi sigillum.—Actum apud Pyssiacum, Anno Domini Mo CCCmo terciodecimo, mense Julio die secunda.—*Et memorandum quod ista Litera remanet penes Regem, et consimilis Litera missa fuit Constabulario Burdegallie per Magistrum Willelmum de Case ;* 78.

III.—Philippus, Dei gracia Francorum Rex: notum facimus universis presentibus et futuris quod, in nostra presencia propter hoc personaliter constitutus, dilectus et fidelis noster Amanenus, dictus de Lebreto, Miles, ad mandatum et requisicionem nostram, et ob reverenciam karissimi filii et fidelis nostri, Edwardi, Dei gracia Regis Anglie, Ducis Aquitannie, cui tanquam Domino suo desiderat in omnibus complacere et ipsius voluntatis beneplacito condescendere, quantum sinit humana fragilitas, honoris

pulcritudine preservata, omnibus et singulis appellacionibus per eum pro se, adherentibus, hominibus, et subditis suis factis, usque in presentem diem, contra prefatum Ducem, vel Senescallos, Bajulos, Majores, Officialesque alios et servientes dicti Ducis, quocumque nomine censeantur, necnon ejus subditos occasione ipsius, Processibus eciam et Sentenciis quibuscumque inde secutis vel alias factis, tam in Curia nostra Parisiensi quam alibi coram nostris Commissariis vel aliis Officialibus quibuscumque, occasione vel ex causa injuriarum, violenciarum, dampnorum, et gravaminum illatorum quomodolibet dicto Amaneno, hominibus et subditis suis, ac racione homicidiorum, raptuum, incendiorum, rapinarum, vel aliorum quorumcumque maleficiorum quomodolibet perpetratorum contra dictum Amanenum, homines et subditos suos, per Senescallos, Bajulos, Majores, Officiales, servientes et subditos dicti Ducis, de Mandato Senescallorum vel occasione servicii Ducis ejusdem, necnon omni juri et accioni competentibus vel competituris occasione premissorum, vel aliquorum ex premissis, dicto Amaneno, hominibus et subditis suis, denunciavit idem Amanenus, pro se, hominibus, et subditis suis, sibique adherentibus, penitus et expresse, promittens bona fide, et sub obligacione omnium bonorum suorum, pro se, hominibus, subditis, et adherentibus suis, quod contra renunciacionem predictam per se vel per alium non veniet in futurum.—In quorum omnium testimonium et munimen Presentes Literas fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri.—Datum Pisiaci, die secunda mensis Julii, Anno Domini Millesimo CCC^mo^ xiij^mo^.—*Et memorandum quod hec Litera fuit quadruplicata; de quibus una remanet penes Regem, alia missa fuit Constabulario Burdegallie per Magistrum Willelmum de Casis, tercia Communitati Civitatis Baionensis, et quarta Vicecomitisse de Byerne*; 78^b^.

Francissi, Manoittus, Merchant of Florence; L 203^b^.

Fraunceis, James le, Prebendary of Chulmleigh; 50^b^.

Franceis, James, R. of Whitchurch in 1321-2; 165^b^.

Fraunceis, John; L 199^b^.

Fraunceis, Rd., inst. to Huxham; 100. *See* Huxham (*Inst.*); 83^b^.

Fremington, Sir[1] . . . . de Nanstosan, Vicar,—Licence to put out his Benefice to farm, for a year from Michaelmas, to Master Arnald Cotel, Rector of Challacombe; but he was to reside, and serve his Church in person[2].—"Et concessit idem Vicarius gratis ad Fabricam xx*s*." (4 Aug., 1312); 73.

Frithelstock Priory [Frithelestoke, MS.],—

Oliver, Prior of: he was old and infirm, and Sir Humphrey, Vicar of Monkleigh, was appointed his Coadjutor—"ita quod de hiis que ad secretam Regularem pertinent Disciplinam Ordinis sui te nullatenus intromittas; volentes et mandantes quatinus hujusmodi curam taliter gerere studeas ut hospitalitatem non teneas in eodem" (10 Nov., 1311); 65^b^.

—*Commissio pro Priore de Frithelestoke providendo:*—

Directed to the Abbat of Hartland and to Walter de Setone, Official-Principal, —"ad recipiendum cessionem et resignacionem Fratris Olyveri, Prioris de Frithelestoke, et sibi de vite necessariis ex bonis dicti Prioratus, si opus fuerit, providendum et ordinandum; factaque et recepta cessione hujusmodi, Conventui illius Loci Licenciam eligendi concedendum, Electumque Canonice confirmandum, et Eleccionem minus Canonicam cassandum, irritandum, seu cassam et irritam pronunciandum; et ad providendum

---

[1] A blank not filled in.

[2] But the Bishop granted him "Licenciam visitandi Natale suum, ita quod arripiat iter suum citra Festum Beati Michaelis, . . . et extunc redeat ad dictam Vicariam suam infra duos menses sub pena privacionis."

eidem Prioratui de persona Prioris ydonea, si, prout, et in quantum ad ipsum Dominum fuerit potestas hujusmodi quomodolibet devoluta seu, eciam, attributa; et, eciam, ad omnia alia et singula faciendum et expediendum que in premissis necessaria fuerint vel oportuna. Et super hoc emanavit Commissio conjunctim et divisim (28 Feb., 1322-3); 174.

Fromund, Master Robert, Prebendary of Chulmleigh,—"promisit, coram Domino, ad Fabricam Ecclesie Sancti Petri Exonie, de dono suo gratuito, dimidiam marcam, solvendam in Festis Natalis Domini et Pasche proximo sequentibus, equis porcionibus (2 Sept., 1310); 54b.—*See* Ashreigney; 72b.

Fulford [Foleford, MS.], in Dunsford (q.v.); 100b.

Foleforde, Clement de, R. of Widworthy; 37, (*Ord.*) 218, 222.

Foleforde, Henry de, inst. to Belstone; 181.

Foleforde, William de, presents to Belstone; *ibid.*

Fulmyngham, Richard de, (late) Canon of Crediton; 43.

Fyncham, Adam de, *see* Bosham; 16b, etc.

Fyshacre *also*, Fyȝsacre, Sir Peter de, Knt., presents to Stoke-Rivers; 42b: to Moreleigh; 75b: Patron of the Perpetual Chantry in the latter Church; 70, 75b.

Fyshacre, Peter de, R. of Stoke-Rivers; (*Ord.*) 218: inst., to Charles; 42b, (*Ord.*) 222b, 224b, 225: inst. to Kentisbury; 85b, 129.

Fishacre, Robert de, inst. to Abbotskerswell; 157b, (*Ord*) 243.

G.

Gale, Geoffrey de la,—*Litera super Libertate Nativi*:—

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod nos, Walterus, etc. dedimus et concessimus Magistro Galfrido de la Gale, clerico, Ricardum de la Gale, filium Edwardi de la Gale, nativum nostrum, cum tota sequela sua et omnibus catallis suis; ita quod nec nos, nec Successores nostri aliquid jus vel clameum, seu eciam servitutem in dicto Ricardo petere poterimus, seu poterunt, in futurum.—In cujus rei, etc.—Datum apud Buffestriam [*Buckfast Abbey*], viij Idus Septembris, Anno Regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, ixo (6 Sept., 1315); 109.

Galfridus, Thomas, de Hochelonde, inst. to Sidmouth; 52b.

Galmetone (*also* Galmatone), John de, inst. to Tawstock; 85b, (*Ord.*) 234b: *see* Arundelle, John de; 115b.

Galmetone, William de, inst. to Harpford; 181.

Gamboun, Walter (of Morestone), presents to Bondleigh; 117.—A Walter Gambon or Cambon, "de Blakepole" is mentioned; L 212, 212b.

Garlaunde, Henry de, Canon of Chichester, does homage to the Bishop "de tenementis que tenet in Prestone per feodum militare; 49.

Garras, in St. Mawgan-in-Kerrier; (*see* page 4, *note* 3).

Gatecombe, Elias de, inst. to the Chantry at Moreleigh: 70.

Gatepathe ("Herpathe," fol. 51), Henry de, inst. to Beaford; 47b, (*Ord.*) 224b, 225b, 226.

Gatepathe, Ralph de, *see* Lawhitton (*Inst.*); 74.

Gavastone, Peter de, Earl of Cornwall, *see* Cornwall.

Georgeham [Ecclesia de Hamme, MS.],—

The Bishop writes to the Archdn. of Barnstaple: "Quia nos Sequestrum in bladis et bonis mobilibus Rectoris, ... in Sanctuario ipsius Ecclesie inventis et non distractis, et in fructibus et obvencionibus altilagii ipsius Ecclesie perceptis et percipiendis, auctoritate nostra, et ad Mandatum Regium nobis inde directum per vos sequestratis, relaxavimus, vobis mandamus quatinus, dictum Sequestrum . . . . pro relaxato habentes, ipsum de eisdem bonis libere disponere permittatis; proviso, tamen, quod debita, si in aliquibus de quibus vobis constiterit nobis aut Ecclesie nostre Exoniensi teneatur, de dictis bonis vel aliunde de die in diem leventur canonice et solvantur (13 Nov., 1311); 65b.

Germeyn, Ralph, collated to the Precentorship; 32, 35b.

—In an Action between Germeyn, the plaintiff, and Wm. de Nywenham, clerk, defendant, the Bishop commissions Masters Richard de Morcestre and Robert de Stapeldone, Canons of Exeter, and the Official of the Archdn. of Barnstaple, to represent him (5—the Nones of—Sept., 1310); 55. Germeyn was, also prosecutor in another case, and William de Venella, clerk, defendant: a similar Commission (same date), *ibid.*

—*Commission*, directed to Precentor Germeyn, empowering him to deal with Inquisitions as to the vacancy of Benefices, *Episcopo absente* (17 Aug., 1314); 87.

—*Commission*, directed to Germeyn and Richard de Coletone, R. of Newton-Ferrers (without date, but c. the end of August, 1314), for the administration of the Diocese *absente Episcopo*; 87b.—His death; 117. *See*, also, L 189b: Exeter; 36b, 49b: Vicars-General; 77, 113.—He was an Executor of Bp. Quivil's Will; L 200.

Germeyn, Thomas, accolite,—*Dispensacio super defectu natalium* (14 Jan., 1311-12); 67b.

Gerregrave, John de; L 197b. *See* Kingsnympton (*Inst.*); 45.

Gersome, John le, and Isabella Gerveys (both of Paignton),—

Memorandum quod die Jovis proxima post Festum Nativitatis Beate Virginis [11 Sept., 1315], comparuerunt coram Domino Episcopo, in Aula sua de Peyntone, Johannes le Gersome, Ballivus ipsius Episcopi apud Peyntone, et Isabella Gerveys, de eadem Villa, inter quos fama erat publica quod idem Johannes prefatam Isabellam carnaliter cognovit. Unde, prestito juramento de veritate dicenda, uterque fatebatur; propter quod utraque Pars aliam in forma Ecclesie abjuravit; ita, videlicet, quod prefata mulier non permittat [se] de cetero carnaliter de illo cognosci, nisi prius fidem prestaret eidem mulieri de deducendo eam in uxorem. Et juramentum simile a prefato Johanne prestabatur; 109.

Gerveys, John, inst. to Coryton; 140b, (*Ord.*) 241, 242b. *See* Langedene, Walter de,—"Wills"; L 201.

Gerveys, Isabella, of Paignton, *see* Gersome, John le; 109.

Gidleigh [Giddeleghe, MS.],—

Roger Hocke, accolite, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (19 June, 1324),—he was to take subdeacon's Orders within the year; 180b: renewed (14 June, 1325); 184b.

Giffarde, Richard, *see* Consistory Court; 172[b].

Giffard, Robert, inst. to North Petherwin; 180[b].

Giffarde, Robert, *see* Parkham (*Inst*).

Giffard, Symon *called*, presents to Helland; 53.

Giffarde, Thos.; his Induction to Stoke-Gabriel; 156.

Giffard, Walter, R. of Lanivet; 35, 74: collated to a Prebend in Glasney; 57[b]: resigns his Prebend and is collated to the Archdeaconry of Barnstaple; 69[b]: resigns the Archdeaconry, and is collated to a Prebend and the Chancellorship in the Cathedral; 100, 102. On his death a Mandate for the Sequestration of his goods was directed to the Dean, the Precentor, and the Treasurer (14 April, 1322); 167[b]. His Will, Probate of; Commission herein directed to Walter de Setone, Official (17 April); *ibid.*—*See* Stoke-Gabriel (*Inst.*); 156.

Gilbert, Adam *called*, inst. to St. Pancras [*Rousdon*,]; 180[b].

Gisi, John de, R. of Clyst-Fomison; 164[b].

Gittisham [Gydysham *and* Gidesham, MS.],—

Sir Geoffrey de Lucy, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (23 March, 1313-14); 84: renewed for one year, with leave to put his Benefice out to farm (29 Sept., 1316); 115: again, for one year (8 Oct., 1317),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 122[b].—*See* "Dedications"; 164.

Gladewyne, William, V. of Seaton, deceased; 161[b].

Glasgow, Dioc. of: Archdeaconry of Teviotdale, *see* Welletone, Roger de; 36[b].

Glasney, the Collegiate Church of,—

—William Fiz Roges, Provost,—

Licence of non-residence for a fourth part of the year, from 13 Oct., 1308; 35[b].

Commissio ad audiendum raciocinia de Prepositura Glasneiensi,—

—Directed to the Official-Peculiar (24 Oct., 1313),—to audit the accounts of Master William Bloyou, who had till lately held the Provostship of the College *in commendam*; 80[b].

Super Sacristaria Glasneye:—

Walterus, etc., Domino Roberto de Tredowel, Vicario in Ecclesia Beati Thome Martiris, de Glasneya, nostre Diocesis, presbitero, salutem, etc.—Visa et examinata Appropriacione super Ecclesia Sancte Colane (*sic*) per bone memorie Dominum Walterum, dudum Exoniensem Episcopum, Predecessorem nostrum, prefate Ecclesie Beati Thome et Canonicis ibidem Deo et Beate Virgini servientibus, pro salute anime sue, sub certa forma, invenerimus inter cetera in eadem quod idem Predecessor noster voluit et ordinavit quod Sacrista in dicta Ecclesia Sancti Thome, Canonicus ejusdem et Sacerdos perpetuo residens in eadem, et successores sui, Sacerdotes et Canonici, de fructibus prefate Ecclesie Sancte Colane taliter appropriate disponerent, et eorundem fructuum distribucionem facerent, modis et formis quibus in Literis Appropriacionis et Ordinacionis hujusmodi super hoc factis plenius continetur. Cum, autem, idem Predecessor noster, antequam per ipsum Sacrista hujusmodi fuisset ibidem prefectus, debita carnis, prout Altissimo placuit, persolvisset, nec sit quoad prefeccionem Sacriste in dicta Ecclesia hactenus juxta Ordinacionem predictam subsequenter effectus aliquis subsecutus, nos, volentes quod prefata Ordinacio et voluntas . . . quantum in nobis fuit, debite compleretur; presentibus coram nobis in Loco Capituli dicte Ecclesie . . . Preposito et nonnullis aliis Concanonicis suis ipsius Ecclesie, et habito per nos tractatu super hiis cum eisdem, quia, facta per nos tunc ibidem oblacione Sacristarie hujusmodi singulis et singulariter Canonicis

antedictis, inter eos non invenimus qui eam cum onere eidem incumbente, ut premittitur, voluit acceptare, quin pocius eam ipsorum singuli recusarunt penitus et expresse: de tua fide et circumspeccione plenam in Domino fiduciam optinentes, Disposicionem predictam que ad Sacristam, juxta Ordinacionem predictam pertinere deberet, necnon ipsius Sacristarie in eadem Ecclesia, cum onere et emolumento incumbentibus eidem, tibi, tenore Presencium, committimus possidendam, quousque aliud in hac parte duxerimus ordinandum. Advertentes, nichilominus, quod, cum Officium Custodis nullatenus perpetuum in eadem Ecclesia habeatur, nec sunt facultates sufficientes pro uno Custode per se unde poterit comode sustentari, quodque per te, licet Sacristaria Officium videatur, nec debeat unus et idem in eadem Ecclesia duo Officia optinere, poterit utrumque hujusmodi Officium, cum alterum ut premittitur perpetuum non existat, satis utiliter in eadem Ecclesia exerceri. Iccirco, premissis intime ponderatis, hujusmodi Custodis Officium, una cum Disposicione Sacristarie predicte cum onere et emolumento incumbentibus, tibi sub modo committimus antedicto; ita quod tam in uno quam in alio hujusmodi Officio, te interim taliter habere procures, quod in Disposicione primi et in Custodia secundi Officii predicti, non solum voluntatem dicti Predecessoris nostri in ea parte quam utilitatem dicte Ecclesie, ex parte altera, valeas exercere, et contribucionem propter hoc dignam a Domino recipere pro labore.—Datum apud Penryn, vicesimo tercio die mensis Augusti [1315]; 109.

Carta Regis de Confirmacione Mulleborne:—

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, etc., omnibus ad quos, etc.—Donacionem, Concessionem, et Confirmacionem, quas Willelmus de Mulleborne, clericus, fecit Deo et Beate Marie, Beato Thome Martiri et Pontifici, et Vicariis in Ecclesia Collegiata ejusdem Martiris de Glaseneya Deo servientibus, de uno mesuagio et quadam pecea terre, quartam partem unius acre Anglicane continentem, in Penryn, ex parte Boriali, et tenementum Porcionariorum Ecclesie de Mynstre [*Mynaccon*], ex parte Australi; habendum et tenendum predictis Vicariis et eorum successoribus in liberam, puram, et perpetuam elemosinam; pro quibus, quidem, Donacione, Concessione, et Confirmacione, tenentur predicti Vicarii et eorum successores annuatim reddere octo solidos ad Obitum Venerabilis Patris Walteri, nunc Exoniensis Episcopi, et ejusdem Willelmi, in Ecclesia predicta, postquam idem Episcopus ab hac luce migraverit, faciendum, celebrandum, et sustinendum solempniter annuatim, tam in Servicio Divino quam in distribucione panis ad opus pauperum. Et dum dictus Dominus superstes fuerit Vicarii illi facient consimile Servicium et distribucionem, cum Missa de Sancto Spiritu, pro dictis Episcopo et Willelmo, nisi idem Willelmus prius ab hac luce fuerit subtractus; et tunc in predicta Missa de Sancto Spiritu pro anima ejusdem Willelmi memoria habeatur et dicatur, sicut pro defuncto Sacerdote, Collecta specialis,—ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus, et confirmamus, prout Carta prefati Willelmi, quam iidem Vicarii inde habent, racionabiliter testatur.—In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.—Teste meipso, apud Eboracum, duodecimo die Novembris, Anno Regni nostri decimo [1316]: 116.

A Copy of Mulleborne's Charter follows, with some noteworthy differences, shewing that it was not very carefully quoted in the Royal Charter. His Gift was "in Villa de Penryn, videlicet illud mesuagium et illam peceam terre que jacent inter tenementum quod fuit quondam Jordani Lowys, de Penryn, ex parte Boriali, et tenementum Porcionariorum Ecclesie de Mynstre, ex parte Australi, et inter placiam Magistri Walteri de Bodminia, Canonici in predicta Ecclesia Glaseneyensi, ex parte Occidentali, et vicum Beati Thome de Penryn, ex parte Orientali." After the words "ad opus pauperum" is added—"sicut moris et consuetudinis, temporibus retroactis, in Ecclesia Glaseneyensi predicta extitit pro Obitu unius Canonici, qui in eadem Ecclesia Obitum suum habuerit seu habere promeruerit, secundum quod in Ordinacione Fundatoris dicte Ecclesie Glaseneyensis et Prepositi et Capituli ejusdem, super hoc facta, plenius continetur." To the directions as to the "Missa" and the "Collecta specialis" is added "quia de consensu Capituli ejusdem Ecclesie Glaseneyensis sic inter nos convenit." The Witnesses were Sir Thos. Lercedekne and Sir John de Treiagu, Knights, Walter de Carnsuwyon, Wm. Daungerous, Nicholas de Pennans, Bartholomew Hervy, Hugh de Kerigou, and others. The Deed was dated at Penryn, "die Martis in Festo Sancti Martini Confessoris" [11 Nov., 1315].

Mandatum—Glaseney [Bishop Grandisson has written in the margin, here,—"Nota de amissione firme propter non solucionem in Termino"],—

Walterus, etc., Preposito et Capitulo Ecclesie Collegiate de Glasneya, nostre Diocesis, salutem, etc. –Ex parte Magistri Ricardi de Bello Prato, Concanonici vestri, nobis extitit intimatum quod, cum in Ecclesia vestra ordinatum existat pariter et statutum, ac more utencium observatum—ad cujus Statuti, sicuti et aliorum ipsius Ecclesie Statutorum, observacionem singuli Canonici in ipsorum recepcione juramenti vinculo se astringunt –ut Canonicus qui Ecclesie vestre possessionem aliquam tenet a vobis ad firmam, in certis sibi ab eodem Statuto Terminis assignatis, vel eorum aliquo, in solucione Pensionis vobis ea occasione debite defecerit, nisi celeri satisfaccione sibi provideritt, videlicet infra Quindenam proximam lapsum hujusmodi Termini subsequentem, eo ipso a jure firme quam sic optinet sit privatus, debeatque hujusmodi firma, secundum Statutum memoratum, antiquiori Canonico, qui consuetam in Ecclesia vestra residenciam fecerit et firmam non habuerit, certis condicionibus assignari,—Dominus Adam de Carletone, qui se dicit Archidiaconum Cornubie et Concanonicum vestrum, pro firma Sancti Goroni, quam a vobis ut Canonicus tenuisse dicitur, in assignato per Statutum, ut premittitur, Termino, seu infra Quindenam post ipsius lapsum, de Pensione ea occasione vobis debita, cessante impedimento legittimo, in Scaccario vestro prout debuit nullatenus satisfecit; propter quod, secundum ipsius Statuti exigenciam, a jure, si quod in firma hujusmodi fortassis habuit, cecidit eo ipso. Cumque predictus Magister Ricardus predictam firmam, quam ex defectu solucionis hujusmodi asserebat vacare, sibi, antiquiori Canonico, qui solitam fecerat residenciam, firmam hujusmodi non habenti aliquam et meliores condiciones offerenti, debitam a vobis peteret assignari, vos ipsum super hoc audire et justiciam facere non curastis, quin pocius recusastis expresse; nos, igitur, hujusmodi Statutum vestrum tam juri quam racioni conveniens reputantes, et propter hoc volentes ipsum in omni sui parte inviolabiliter observari, vobis injungimus et mandamus vestrum Officium excitando, quatinus, si est ita, ad Capitulum, sicut moris est, convocatis Partibus et auditis, utrique Parti faciatis, intra quadraginta dies a tempore recepcionis Presencium continue numerandis, Statuti predicti tenore in omnibus observato, justicie plenitudinem exhiberi; in premissis taliter vos habentes quod jurisjurandi in hac parte, ut premittitur, prestiti contempta religio vos et vestrum singulos non arguat de peccato; scituri quod si super hoc negligentes fueritis aut remissi, preter id quod eidem Magistro Ricardo in sua justicia deesse nequivimus, vos perjurii penam poteritis non immerito formidare.—De die, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos citra Pascha, per vestras Literas Patentes, harum continentes seriem, curetis reddere cerciores.—Datum Londoniis, xij die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo CCCmo vicesimo [1320-1]; 155.—*See* St. Budock; 108: St. Feock; 108b: St. Senera (*Zennor*); *ibid.*: St. Gluvias, 128.

Glasneya, John de, Priest-Vicar in the Cathedral, *See* Puntyngdone; 42b: resigns his Prebend in St. Crantock; 127b: is again collated to a Prebend there; 148: he died R. of Clyst-St. George; 167b.—An Executor of Thomas de Harpetrewe's Will; L 209b.

Glastonia, Thomas de, clerk, *see* "Prisoners"; 53b, (*Ord.-Pris.*) 226.

Gloucestria, Master Richard de, (late) Canon of St. Probus; 47b.

He was an Advocate in the Court of Canterbury,—The Bishop grants him an annual Pension of five marks, "de Camera", for as long as he shall retain this office (19 Nov., 1313); 82: Proctor for the Abbat and Convent of Hayles, *see* St. Paul; 108.

Glyn (*or* de Glen), Thomas, resigns St. Ruan-Major, and is inst. to St. Constantine; 183b, L 207.

Gnatham, the Manor of, *see* Walkhampton; 65.

Godecote, Henry de, inst. to East Antony; 151.

Godeleghe, John de, Dean of Wells; 141; L 188b.

Godrevy, John de, *see* Stafforde, Reginald de; 71: collated to

Lawhitton ; 74 : *See* Lanivet (*Inst.*) ; *ibid.*: inst. to St, Perran-Uthno, by Exchange (*see* Lawhitton) ; 76^b, 82^b, (*Ord.*) 231^b. *See* St. Stythians ; 123 : L 191^b, 205^b.

Gosham, Robert de, collated to the Chantry in the new Chapel of "Clystbrigge" ; 66^b.

Gosham, William de, inst. to Morwenstowe ; 71^b, 180^b.—*See* Launcells ; 53.

Govely, Ralph de, inst. to St. Ladock ; 169^b, 174^b.

Gordet, Richard, V. of Eggbuckland ; 100.

Gorges, Thomas de, R. of Witheridge, 64^b ; deceased, 119.

Goudriche, Richard ; L 197.

Grade [Ecclesia Sancte Crucis in Kerier, MS.],—

William de Trevaignon, clerk, R,—Dispensation: Licence of non-residence for two years, to study, etc. ; he was to take subdeacon's Orders within a year (25 June, 1317) ; 120 : renewed, for one year (18 Oct., 1319) ; 144^b.

Gravestone, William de, of Seaton (q. v.) ; 44^b.

Greneweye, Walter, *see* Crediton ; 107.

Grenevyle, Sir Bartholomew, Knt., presents to Bideford ; 129^b.

Greineville, Henry de (son and heir of Sir Bartholomew) presents to Bideford ; 183 : to Kilkhampton ; 182.

Greynvyle, Richard de, R. of Kilkhampton ; 35^b, 44, 59^b, 67, 155, 180, (*Ord.*) 218, 226, 227^b.

Grenstede, Richard de, held two Knight's Fees of the Bp. of Exeter, in Thorney ; 15^b.

Grey, John, clerk,—*Dispensacio super defectu natalium* (19 Dec., 1308) ; 37.

Grim, John, le ; L 212.

Grimestone, Peter de, R. of East Ogwell ; 37, 44^b, 64^b, (*Ord.*) 223, 224^b : resigns, and is inst. to Broadclyst ; 100.

Grimestone, *see* "Oratories" ; 38.

Grip, Hamo, chaplain ; L 194^b.

Gros, Roger le, Canon-Regular of Bodmin ; 51^b, 71, 108^b.

Gruglan, Roger ; L 192^b.

Guldeforde, Henry de, resigns Broadwoodwidger ; 52.

Guyn, Rob., resigns Lawhitton : is collated to St. Newlyn ; 44^b.

Gyst, Henry *called*, clerk,—*Dispensacio super defectu natalium* (3 March, 1310-11) ; 60.

H.

Hacche, Rd. de, *see* Bodmin Priory ; 39 : Episcopal Estates ; 80.

Haccombe, Sir Stephen de, Knt., presents to Haccombe; 42b, 105: Nymet-St. George; 104: Quethiock; 119b, 127b. *See* Brothertone; 112; *also*, L 210.

Hainault, Philippa daughter of William, Count of,—

[The following Document is inserted in this Register without note or comment. But it is supposed that Bishop Stapeldon was one of those who were employed on the important and delicate Mission to which it refers. He seems to have left the King, whose faithful and trusted Minister he was, early in July, 1319, reaching Canterbury on the 6th of that month; and he re-appears (on his way to Exeter), in the neighbourhood of Ilminster on the 20th of the following month. He may well have accomplished this business in the interval].

Inspeccio et Descripcio Filie Comitis Hanonie, que vocatur Philippa. Et fuit Regina Anglie, nupta Edwardo III post Conquestum[1] :—

La Damoisele qe nous veymes si ad les cheveux asses beaus, entre bloy et brun. La teste nette. Le front longe et lee, et se boute auqes avant. Le visage contre les deus oils plus estreit, et le visage contreval plus grelle et plus esclendre uncore que nest le front. Les oils bruns et auqes noirs et auqes profonde. Le nees assez uni et owel, sauve qe a la poynte si est grossett et auqes platt mes nient cammus. Les narilles auqes larges. La bouche largette. Les leveres et nomiement celle desouz grossett. Les dentz, qe sunt chaynz et recruez assez blanks, et les autres ne sunt pas si blanks. Les dentz desouz sunt assis unpoi dehors ceux desus, mes ceo ne apert fors qe mon poi. Les orailles et le menton assez beaux. Le col, les espaules, et tot le corps et membres contreval assez de bone taille, et les membres bien fourniz sanz mahayn, et rien ne cloce qe hom puisse apercevoir. Et si est brune de qui reyn par tut et molt resemble au Pere; et en totes autres choses assez pleisante, si come il nous semble. Et sera la Damoisele del age de ix anz a la Feste de la Nativite Seint Johan prochein avenir, si come la Mere dit. Ne trop graunde, ne trop petite, quant a tel age; et si est de beau port, et bien aprise come a son estat, et bien proise, et bien ame de Pere et de Mere, et de tote la meignee, si avant come nous le poyoms ver enquere et savoir [1319]; 142.

Hake, John, inst. to Harpford; 110b.

Hakeworthe, Geoffrey de; (*Ord.-Pris.*) 236b.

Halap, Peter de, inst. to St. Keverne; 110b. *See* St. Colan; 82b.

Halap, Ralph de, R. of Lamorran; 80b, (*Ord.*) 218.

Halbertone, Roger de, inst. to Culmstock; 76.

Haldesworthe, Baldwin de,—"comparuit coram Domino personaliter .... et manucepit pro Jordano de Perinacote; videlicet, quod idem Jordanus Domino fideliter deserviret" (13 Sept., 1320); 151b.

Halstede, Robert de, inst. to Alphington; 126.

Halwill [Halghewille, MS.],—Licence granted to Richard Aleyn, of Hatherleigh, to farm this Benefice for two years (7 July, 1309); 42.

Hamme (*Cornwall*), *see* Pyne, John; 101b.

Hameltone, William de, deceased; L 199b, 200b.

Hanam, John, R. of Cheriton [-Fitzpaine], 37b, (*Ord.*) 224b.

---

[1] "*que vocatur . . . Conquestum,*"— added by a later hand; apparently, Bishop Grandisson's.

Hantesford, John de, R. of Eggesford; 43, ("Heaunteneford," MS.) 55, (*Ord.*) 218: inst. to Creacombe; 83^{b}, (*Ord.*) 234^{b}.

Heauntisforde, William de, presents to Creacombe; 63, 83^{b}.

Harberton, Visitation of (*see page* 107, *note* (2)),—

[I. HURBERTONE,—die Veneris in crastino Apostolorum Petri et Pauli, Anno ut supra [30 June, 1301].

Libri Matutinales,—Unum Spalterium (*sic*), Venitarium, Collectarium, Capitularium, Manuale, et Ordinale, cum quibusdam Sequenciis, in uno Volumine, et cum Ympnario et Variacione Ympnorum, ac quibusdam communibus Missis. Item, aliud Manuale, continens quasdam Missas, per se ligatum. Legenda tocius anni, in uno volumine, cujus plura folia sunt avulsa pro defectu ligature. Antiphonarium vetus, non de Usu, cujus asseres confracti. Cancellum de novo constructum, sumptibus Capituli. Omnes domus Rectorie corruerunt ad terram, preter Cameram, que vix stare videtur. Et arbores virgulti pro majori parte avulse et asportate per Vicarium et suos; cujus dampnum non estimatur. Item, iij tenentes ibidem portant annuatim de C acris terre x*s.*, et Vicarius de una domo cum una acra terre xij*d.*, et pro virgulto et parco vj*s.* viij*d.*, ut asserit Vicarius.—*Archives of the D. and C., No.* 3673, *page* 23].

[II. HURBERTONE.—Inquisicio facta super defectibus domorum Decani et Capituli Exonie apud Hurbertone, die Veneris proxima post Festum Sancti Gregorii, Anno Domini M° CCC^{mo} Septimo [15 March, 1307-8] coram Magistro Thoma de Lecchelde, Decano Exonie, et Magistro Willelmo de Kylkenny. Stephanus Godsweyn, Stephanus Huotte, et Johannes Boioun, jurati, dicunt quod fuit ibidem quedam Aula, stramine cooperta, que corruit tempore Rogeri Vicarii. Item, coquina et stabulum que corruerunt tempore predicti Rogeri, et Rogeri predecessoris sui. Est ibidem nunc una Camera, solarium videlicet, et celarium, omnino ruinosa et nullius valoris. Nec est ibidem area decens pro domibus edificandis.—*Ibid., page* 51].

Harford [Herforde, Hereforde, *and* Herpeforde, MS.],—

David de Penyles, R. Rector, Dispensation: non-residence for a year, from last Michaelmas, to study, etc. (3 Nov., 1308); 36: renewed 7 July, 1309, till Michaelmas, 1310; 42: again, for a year (4 Dec., 1311); 67: again, "Licencia intendendi obsequiis Domini Episcopi Menevensis, usque ad Festum Beati Michaelis, et abinde per annum" (13 Feb., 1324-5); 183^{b}.

Harewylle, William de, in right of his wife, presents to West Buckland; 82^{b}, 127.

Harwedone, Sir Robert de, *see* Okeford; 73, 131.

Hariel, Roger, Prior of Lodres, 154^{b}; admitted to the R. of Axmouth; 156.

Harlowe, John de; L 213.

Harpedone, Wm. de, collated to a Prebend in St. Probus; 47^{b}, 74^{b}.

Harpford [Herford, MS.],—"Comparuit coram Domino Ricardus de Fenoteri, et fatebatur se teneri Magistro Henrico de Stowford, clerico, in viij libris, sex solidis, et octo denariis sterlingorum, pro majoribus fructibus Ecclesie de Herford—quam, quidem, Ecclesiam prefatus Prior optinuit in proprios usus—per dictum Magistrum Henricum sibi venditis, auctoritate Domini." He was ordered to pay the same in three instalments (23 July, 1316); 113^{b}.

Harpyn, Alan, collated to Bishopsteignton; 125, 127^{b}.

Hartland Abbey,[1]—*Commission*,—Dominus Johannes, Abbas Hertilondie,

---

[1] NOTE to Vol. I., page 100,—"salvo jure Domini Oliveri de Dineham, si quid habet." Henry de Montfort and Solomon de Rochester were

presens ibidem (apud Peyntone), optinuit ab Episcopo Commissionem Decano de Minori Treg, ad audiendum spontaneas confessiones seu recogniciones quorumcumque debitorum dicti Abbatis, et ad condempnandum hujusmodi debitores inconfessatos coram eo ; necnon ad execucionem condempnacionis sue, modo debito excercende,—pro beneplacito Domini duraturam (6 July, 1312) ; 72.

Ordinacio super Visitacione Abbathie de Hertilande,—

WALTERUS, permissione Divina Exoniensis Episcopus, Religiosis Viris Abbati et Conventui de Hertilande, nostre Diocesis, salutem graciam et benedicciionem.—Cura pastoralis officii, quo vestro sicut ceteri gregis nostri regimini, permittente Domino, presidemus, circa reparacionem et reformacionem eorum que ad vestram prosperitatem et pacem vestreque Religionis honestatem pertinere noscuntur, tanto majori sollicitudinis studio vigilare non desinit quanto vos et Monasterium vestrum ab antiquo recollegimus in amorem. Eapropter nonnulla que nuper, vos et Monasterium vestrum jure Diocesano prout ad nos pertinet visitantes, tam in Spiritualibus quam Temporalibus officio correccionis indigere comperimus, in statum debitum reformare volentes, decernimus et tenore Presencium ordinamus ut Divinum Officium, diurnum pariter et nocturnum, horis congruis cum devocione debita in vestro Monasterio cotidie peragatis, quodque solempnitas Corporis et Sanguinis Domini nostri Jhesu Christi quinta feria post Octabas Pentecostes, secundum tenorem cujusdam novelle Constitutionis super hoc edite, sub duplici officio cum Octabis sequentibus annis singulis celebretur. Regularis observancia insuper tam in jejuniis, vigiliis, oracionibus, silencio, quam aliis que ad vestram Religionem pertinent, in vestro Monasterio diligenter ab omnibus observetur. Et quia preceptoris absencia interdum discipulis ad lasciviendum materiam subministrat, volumus et mandamus quod Abbas qui pro tempore fuerit in Vesperis, Matutinis, et Missis in Choro, una cum Canonicis et Confratribus suis, quociens comode poterit, et precipue in Festis Duplicibus, interesse de cetero non omittat ; quodque regularis observancia in omnibus prenotatis firmiter teneatur, curam adhibeat diligentem. Et ut hec diligencius exequatur, quolibet mense semel ad minus, cessante impedimento legitimo, ad Capitulum veniat pro correccionibus faciendis ; secundumque qualitatem commissi quod repperit et secundum regularem observanciam culpam feriat delinquentis. Semel, eciam, ad minus quolibet mense cum Fratribus in refectorio se reficiat. Et si aliquo mense, ex aliqua causa racionabili, hoc non fecerit, bis in alio ibidem commedere teneatur. Habeat, eciam, ibidem Abbas certum capellanum, unum de Canonicis quem duxerit eligendum, qui ipsum continue comitetur pro Divinis Obsequiis exsolvendis, secumque ubicumque fuerit in Camera sua de nocte jaceat, ut de vita et conversacione laudabili sibi mutuo valeant testimonium perhibere ; quem dimittere et alium de Canonicis assumere valeat idem Abbas cum sibi et Monasterio viderit expedire. Item, quia dormitorium vestrum proximum est ruine, ac Chorus Ecclesie est obscurus, campanile male coopertum, et lavatorium male ordinatum, locutoriumque deficiat omnino, similiter ordinamus quod, quamcicius comode fieri poterit, defectus hujusmodi, nedum reficiendo quin eciam noviter construendo, ipsius Monasterii sumptibus reparentur. Librorum eciam defectum, quorum aliqui sunt insufficientes omnino, idem Abbas, sub pena x librarum, Ecclesie nostre Exoniensis Fabrice applicanda, infra annum a data Presencium faciet emendari. Item, quia per discursum porcorum intra septa Monasterii vestri inhonesta

Divinum Servicium.

Regularis observancia.

Quod Abbas intendat Ecclesie.

Quod Abbas sit in Capitulo.

Quod sit in Refectorio.

De Capellano Abbatis.

Defectus in domibus.

Defectus Librorum

De por-

---

appointed, 4 Nov., 1275, to enquire into, hear, and determine the trespasses committed by Oliver de Dinaunt, in occupying, during voidance, the Custody of the Abbey of "Herthylaunde," over Walter, Bishop of Exeter—to whom, as to his Predecessors, such Custody pertains,—and in taking and consuming the goods of the said Abbey against the will of the Canons thereof, and extorting large sums of money from them by undue distraints ; the said Bishop being then absent with the King in Gascony, and his Officials and Bailiffs being detained in prison by the Bailiffs of the Earl of Cornwall, by reason of the contention between him and the said Earl (Rot. Pat., 3 Edw. I., m. 3d. (6),—*Deputy-Keeper's 44th Report, p.* 189).—J.I.D.

cis amovendis. nonnunquam audivimus contigisse, volumus et jubemus quod porci amodo per curiam de consuetudine non vagentur, set in aliquo loco ad hoc ydoneo, intra curiam vel extra, clausi sub arta custodia teneantur. Item, quando aliquem

De Canonicis. Canonicorum pro Ordine recipiendo, de licencia Abbatis vel ejus ad quem pertinet, ex speciali commissione ejusdem Abbatis secundum regulam a Monasterio vestro exire continget, de expensis et vectura in eundo, stando, et redeundo necessariis sibi provideri volumus per Abbatem; ita quod predictus Canonicus, suscepto Ordine hujusmodi, cessante causa legitima, redeat infra terminum competentem, considerata locorum distancia, ipsius Abbatis vel ejus

De Canonicis infirmis. in hac parte locum tenentis arbitrio juste moderandum. Item, Canonicus infirmus pro qualitate infirmitatis quam patitur cibis convenientibus reficiatur; et, si vino indigeat, secundum qualitatem morbi de celario Abbatis per celerarium, secundum formam contentam inferius deputandum, ministretur eidem; ita quod grossiora cibaria, que sibi competencia non sunt, in leviora

De lumine in nocte. commutentur, vel sibi subtrahantur et in elemosinam convertantur. Item, redditus assignatus ad inveniendum lumen de nocte in infirmitorio, quando fuerint ibidem aliqui de Fratribus egrotantes, una cum arreragiis ejusdem, custodi infirmitorii, per Abbatem deputando et quando oportunum viderit amovendo, amodo liberetur; qui de receptis annis singulis predicto Abbati, in presencia aliquorum de Conventu, reddere teneatur, etsi quod residuum fuerit

De pace inter Canonicos. per ordinacionem ipsius Abbatis in alium usum necessarium convertatur. Et ut unitatis et pacis vinculum non solum inter ipsos Religiosos Confratres, set et inter eos et quoscumque familiares Monasterii antedicti servientes vigeat in futurum, volumus et jubemus quod familiares ipsius Abbatis, tam presentes quam futuri, Canonicos et Confratres debita reverencia supportantes ipsis cum modestia et mansuetudine respondeant et loquantur. Item, volumus et

Quod unus sit celerarius. ordinamus quod de cetero unus Canonicorum quem Abbas elegerit per eundem in celerarium preficiatur, qui pecuniam ordinatam per Abbatem pro coquina hospitum et ipsius Abbatis recipiat, et de ea necessaria ad hujusmodi coquinam

De officio celerarii. faciat providere. Bladum insuper de grangiariis recipiat per talliam vel indenturam, pro pane et cervisia in Monasterio faciendis, et predicto Abbati, vel alteri per eum ad hoc deputato, de hujusmodi receptis per eundem celerarium ac suis expensis reddat raciocinia, cum per Abbatem super hoc fuerit modo debito requisitus; ad cujus curam et solicitudinem pertinebit quod Domus interior in premissis bene regatur, et ea que parantur ad usum predictum bene et fideliter expendantur, ita quod hospitalitas non fraudetur; et, quantum ad hujusmodi Domus regimen, sit major omnibus post Abbatem; quem liceat Abbati a dicto officio amovere et ipsius loco alium subrogare, quociens sibi et Monasterio predicto viderit expedire. Item, quociens aliquod arduum

De negociis inter Canonicos. negocium contingens ipsum Monasterium fuerit agitandum, super hoc, ut moris est, communis et solempnis in Capitulo habeatur tractatus; ad quem tractatum faciendum Abbas, per Conventum nunciatus, absque difficultate qualibet libenter accedat, nisi fuerit racionabiliter impeditus. Item, ut status Monasterii, in

Quod duo Canonici sint assignati ad iendum compotum ballivorum etc. exterioribus, illis de Conventu plenius innotescat, quibus vires patrimonii sui ignorare non expedit, tenore Presencium ordinamus ut duo Canonici, per Conventum vel majorem partem presencium eligendi, annis singulis deputentur, in quorum presencia [compotus] omnium ballivorum, receptorum, et prepositorum Monasterii existencium sub Abbate, per quos bona ipsius Monasterii administrantur, reddatur coram auditoribus ydoneis per Abbatem assignatis, et ab illis infra septa dicti Monasterii audiatur; qui post compotum redditum de arreragiis, remanenti, et pede compoti, copiam per indenturam recipiant Conventui exhibendam, et ipsam ipsi Conventui exhibeant indilate; quodque singulis annis post autumpnum, ante hujusmodi compotum redditum, duo Canonici per Conventum electi, in comitiva Abbatis vel alterius quem Abbas ad hoc duxerit deputandum, singulas Ecclesias et Maneria eorundem circuant, sumptibus ipsius Monasterii per Abbatem eisdem ministrandis, grangias, instaurum, et alia bona quecumque inibi existencia supervideant diligenter. Proviso, tamen, quod dicti Canonici sic electi, infra terminum competentem per Abbatem assignandum

De augmentacione Canonicorum. eisdem, quamcicius redeant ad Monasterium supradictum. Et, quia vestri Monasterii facultates, per Dei graciam et industriam Abbatis qui nunc est, in tantum novimus esse auctas quod sufficere possunt pro sustentacione Canonicorum pro numero ampliori, decernimus et, eciam, ordinamus quod infra biennium de duabus personis ydoneis, volentibus et valentibus sub habitu vestre Religionis Domino famulari, ipsorum Canonicorum numerus qui nunc est augeatur. De viro, quoque, literato per vos, [Conventum predictum, a nobis

De Scolari. petito, qui, secundum peticionem vestram nobis in memorata nostra Visitatione porrectam, illos ex vobis instruere valeat qui proficere cupiunt in sciencia literarum, vobis providere curabimus cum offerret se facultas. Has, igitur, Ordinaciones nostras similiter et decreta vobis, et cuilibet vestrum, quantum ad vos pertinent communiter vel divisim, mittimus observanda in virtute sancte Obediencie et sub interminacione maledicciones eterne; vobis omnibus et singulis firmiter injungentes quatinus, prompto animo et alacri studio suscipientes ea, in quolibet suo casu, cum summa diligencia observare curetis et observare curet, quantum ad ipsum pertinet, quisque vestrum; sciturí pro certo quod si hujusmodi nostris Ordinacionibus et Decretis contempseritis vel contempserit vestrum aliquis obedire, cum nobis constiterit de vestris inobediencia et contemptu, contumaces et rebelles in hac parte pena Canonica feriemus. Salva nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exoniensibus qui pro tempore fuerint, potestate premissis addendi seu detrahendi eisdem, si, prout, et quando nobis et ipsis videbimus seu viderint expedire; et salvis juribus et jurisdiccione Ecclesie nostre Exoniensis in omnibus et singulis, ac eciam auctoritate, quibus per premissa in nullo volumus nec intendimus aliqualiter derogare. Volumus, eciam, et mandamus quod, in signum et testimonium recepcionis Presencium et vestri in hac parte consensus nobis citra Festum Pasche rescribatis per vestras Patentes Literas, harum seriem de verbo ad verbum dilucide continentes. Et, ne premissa per negligenciam vestram seu eciam insciciam forsitan minus provide per cursum temporis oblivioni tradantur, volumus et mandamus ut premissa omnia et singula in loco Capituli dicti Monasterii, statim post *Preciosa* singulis Sabbatis Quatuor Temporum, in vestra presencia publicentur intelligibiliter et legantur.—In cujus rei, etc.—Datum apud Clist, vij° die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo CCC^mo^ decimo nono; 147.

Litera de remocione famulorum,—

Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, dilecto in Christo filio, Domino Johanni, Dei gracia Abbati Hertilondie, salutem, etc.—Quia nos, nuper, in Monasterio vestro predicto Visitacionis nostre debitum officium jure ordinario exercentes, invenimus inter cetera quod quidam Hugo le Coke, Thomas clericus, et Robertus Cloka, familiares dicti Monasterii et Abbatis, tantum Canonicis sunt exosi quod sine scandalo tumultu et discordie materia in obsequio Monasterii et Abbatis retineri non possunt, ipsos, licet super aliquo vicio racionabiliter non convictos, pro bono tamen unitatis et pacis ab officiis suis que nunc habent in vestro Monasterio, et a servicio vestro et dicti Monasterii fore decernimus citra Pascha proximo futurum totaliter amovendos, et ad alia officia vel eadem, seu ad aliquod servicium vestrum vel Monasterii sine consensu Conventus, vel majoris partis ejusdem, nullatenus resumendos, sub pena xl librarum sterlingorum in Fabricam Ecclesie nostre Exoniensis pro nostro arbitrio convertendarum. Per hoc, tamen, non intendimus quod de cetero familiares Monasterii vestri, assumpti per vos vel successores vestres vel assumendi, ad clamorem Canonicorum removeri debeant absque tali causa contra eos proposita et probata, que debeat racionabilis boni viri arbitrio reputari. Et quid super hiis duxeritis faciendum nobis, infra xv dies a dato Presencium, per Literas vestras Patentes harum seriem continentes dilucide rescribatis.—Datum Exonie, vj° die mensis Februarii, Anno Domini M°. CCC^mo^. decimo nono; 148.

See Clovelly; 87: Marhamchurch; 174.

—John, Abbat of, *see* Vicars-General; 77: Launceston Priory; 115. The Abbat and Convent were Patrons of Fremington; 152^b^: Launcells; 166^b^.

Hartleigh [Herteleghe, MS.], *see* Halap (*Oratories*); 49.

Haselschaue, Robert de, Canon of Exeter,—

Licence of non-residence for a year, to study, etc., "die Lune proxima ante Festum Sancti Valentini" (11 Feb., 1313-14); 82^b^. He was "Provost" of Wells; *see* page 9 (*note*); *also*, L 214, *and* Regist. Drokenesford, Ed. *Hobhouse*, pp. 76, 86, 201.

Haselschaue, Thomas de, *see* page 16 (*supra*).

Hatherleigh, Sir Henry, V. of,—

He was in bad health, and Sir Roger Bloyou, R. of Monkokehampton, was appointed his coadjutor "die Sabbati proxima post Festum Epiphanie Domini" (8 Jan., 1311-12),—"tam in persona quam in rebus ad ipsam Vicariam spectantibus; ita quod confecto de bonis ipsius fideli Inventario, et amota abinde onerosa et inutili familia, de dictis bonis eidem Vicario et sue necessarie familie deserviatur honeste. "[*Interlined*]—"Postea, sexto die Aprilis, apud Clyst, Anno M° CCC^mo^ xij^mo^, revocata fuit Commissio predicta, ita quod eidem Rogero de impensis circa dictum Vicarium et ejus negocia sibi sit satisfactum ad plenum pro tempore medio"; 67^b^.

Hatherleigh, Richard Aleyn of, *see* Halwill; 42.

Hawkridge [Hauekrigge, MS.], in Chittlehampton; L 189^b^.

Haye, John de la, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Hayles, the Abbat and Convent of, present to St. Breage; 70, 75^b^: St. Paul-in-Penwith; 108, 119, (120^b^, 150^b^).

Heghham, John de, inst. to Dunkeswell; 70.

Heghen, Robert de, inst. to Launcells; 166^b^.

Heghen, William atte, *see* atte Heghen; 167^b^.

Hele, John de, inst. to Christow; 126.

Hele, Nicholas de, clerk, 62^b^; Canon of St. Crantock; 25: Proctor for John de Godrevi; 76^b^: for Thos. de Hentone; 86^b^: for John de Pultone; 177^b^.

See Lawhitton (*Inst.*); 59, 74: Crediton; 67^b^: Rome; 68, 68^b^: Stafforde, Reginald de; 71: Lanivet (*Inst.*); 74: Harberton; 75^b^: Bosham, Canons of; 85: Bodmin Priory; 89^b^: Cookbury; 107^b^: Mertone, Thomas and Walter de; 110: Canterbury; 111^b^; Brothertone, Thomas de; 112: Otterton Priory; 114: Clyst Episcopi; 114^b^: Arundelle, John de; 115^b^: Axmouth (*Inst.*); 156.

Hele, Reginald de, *see* Membury (*Dedications*); 113.

Hele, Rd. de la, inst. to the Chantry, Little Yarnscombe; 54.

Heliom, Walter de, Itinerant Justice, *see* Cargaul; 117.

Hellegon (*also* Huligan *and* Hulugan), Gilbert de, R. of St. Michael-Penkevil; (*Ord.*) 239: inst. to St. Ladock; 127, 140^b^, 159, (*Ord.*) 239^b^, 240^b^.

Helligan, Isabella de, *see* Trevarthian; 100.

Hellewille, Peter de, inst. to Loddiswell; 40, 76.

Helperby, William de, inst. to Wyke-St. Mary; 183^b^.

Helyngham, Thos. de, inst. (by Bytton) to Churchstanton; 43.

Hemburi, Robert de, accolite,—*Dispensacio super defectu natalium*; "auctoritate Venerabilis Patris Domini Berengarii Tusculanensis Episcopi, Domini Pape Penitenciarii Generalis" (16 July, 1321); 159.

Hemyngford, Thomas de, R. of Lezant, resigns; 33: resigns, also, his Prebend in St. Probus: 63.—*See* Bosham, Canons of; 85.

Hendre, Hamunde de; (*Ord.*) 233[b], 234[b]: 235[b], collated to Dunsford; 100[b].

Hendra, John de; L 206[b].

Hendre, Robert de, (late) Canon of Glasney; 38, 57[b].

Heynstecote, Sir John de, priest (*see* Juweaux, Britel); 120[b]: inst. to East Buckland; 158.

Hengstecote, William de, collated to Clyst-Fomison (Sowton); 161[b]; 164: resigns; 167[b]: collated (*by lapse*) to Clayhanger; 167.

Henkastel, Robert de, *see* Scilly; 122.

Henry, John, of Penrys, inst. to Martinhoe; 128[b], (*Ord.*) 240.

Henton-St. George (*Somerset*), *see* St. Mawgan-in-Kerrier (*Inst.*); 157[b].

Hentone, Thos. de, *see* Exeter, Canons of (*Inst.*); 31[b]: he exchanges Bishopsteignton for Great Torrington; 45[b]: is collated to the Treasurership of the Cathedral; 46[b].

Dispensation: to hold his Prebends in the Cathedral and in Crediton in plurality, with the Treasurership—"quia claritate morum et multiplicibus virtutum donis te, retroactis temporibus, reddidisti laudabilem, et nostre sollicitudinis labores assiduos, qui emergencium undique negociorum varietate nostris incumbunt humeris operosa, nobiscum sedulitate partiris, ac tue discrecionis industriam . . . . in preteritum, cognovimus" (9 May, 1310); 50[b].—He was an Executor of Bishop Bytton's Will; 86[b], 175[b]: and of Roger de Otery's; 122[b]: admitted (*in commendam*) to Morchard-Bishop; 141: as Treasurer, presents to Bishopsnympton; 145: *see* Lawhitton; 59: Vicars-General; 113.

Hentone, William de, clerk, *see* Bathonia, Nicholas de; 141[b].

Hereford, Thomas de Cantilupe, Bishop of,—

Transcriptum Bulle de Canonizacione Beati Thome, Herefordensis Episcopi:—

Johannes [XXII] Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, ac dilectis Filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, et aliis Ecclesiarum Rectoribus, ad quos Litere iste pervenerint, salutem et Apostolicam Benediccionem.—Unigenitus Filius, Splendor Glorie ac Figura Substancie Dei Patris, Qui pro lapsi medela hominis, exinaniens Semetipsum, factus in utero Virginis Verbum Caro, de orto Militantis Ecclesie modo rosas colens ignei nunc lilia candoris nivei, nunc violas odoris placidi, colligere suisque offerre aspectibus non desistit, modernis temporibus, advesperascente die, mundi hujus labilis termino propinquante, de radice Matris Ecclesie Florem fecit ascendere, ex Jacob nostro oriri jussit Stellam splendidam Matutinam. Ecce namque quod Qui sedens in Throno omnia facit nova, novi Confessoris, Beati videlicet Thome, Herefordensis quondam Episcopi, nova magnalia mundo prodit, ejus famam effert magnifice, vitam offert imitandam a cunctis ut regulam fulgidam et exemplar. Letentur, igitur, Celi sursum qui hunc Sanctum gloriose in se suscipiunt, et exultet terra deorsum, que supernis transmittit Presulem tam mirandum. Plaudant ob hoc Cetus Angelici, et canoro jubilo Deum laudent. Huic occurrant Celestes cunei. Hunc collaudent festive Celi cives. Colletetur immensa Christi Sponsa, Mater Ecclesia, tante prolis claritate fecunda; que, Terram deserens et terrena, Celestis Imperii admirabilis ipsa in effabili Throno gaudet. Ut, autem, lucerna splendida vite sue, posita super candelabrum Domus Dei, non lateat, set pateat cunctis Fidelibus, ut Celestis et perpetue vite norma, de suis felicibus moribus et actibus aliqua de multis, ad utilitatem audiencium, referamus. Ipse, namque,

quem Fides firmum, Spes erectum, Dei et proximi habundans Caritas fecit latum, circumspectum prudencia, temperancia in omnibus ordinatum, innoxium cunctis Justicia, audacem et strenuum Fortitudo, virtutum omnium aromatibus redolebat, velut plena Divinorum Carismatum apotheca. Sane Beatus hic Thomas, Nacione Anglicus, Angelicus Homo, ipse de Parentibus Nobilibus et Catholicis originem suam trahens, ab etate primeva morum honestate preclarus, Studiis Literarum sic se dedicavit totaliter, sic in ipsis sollicite studuit et profecit, quod tam in Humanis Scienciis quam eciam in Divina honorem Magisterii est adeptus; postquam Doctrine sue radios longe lateque diffundens, quamplures ad Justiciam erudivit, velut luminare in mundo prefulgidum, continens Verbum Vite. Ne, autem, terre carnis inhabitacio deprimeret suum sensum celestia cogitantem, ipsam, ut serviret Spiritui, vigiliis et abstinenciis, necnon pungenti cilicio set et cibi et potus parcimonia continua macerabat; abstinens a vino sepius, sciens quod in ipso lubricum latet carnis; sciens, eciam, quod Dominus se promittit in objectum et premium mundis corde, a juventate sua castitatis pulchritudinem adamavit; propter quod mulierum consorcia, que preciosam viri animam rapiunt, et ipsa blanda colloquia prudentissime devitabat. Noverat, namque, quod multi propter mulieris speciem, a qua factum est peccati inicium, perierunt. Iste Sanctus, eciam, ut alter Job, simplex, rectus, et timens Deum, a Christo didicit esse mansuetus, mitis corde, humilis et benignus. Miseracio nichilominus, que ab infancia secum crevit erga pauperes et afflictos sue Pietatis viscera sic affecit quod ipse verus pauper spiritu, dives rebus, illos largis sustentabat elemosinis; istos, vero, crebris consolacionibus refovebat. Cum Apostolo, namque, Paulo infirmabatur cum infirmantibus, cum pacientibus scandalum urebatur. Hic, demum, Sanctus de innocente agno factus in Herefordensi Ecclesia bonus Pastor, seipso major mente effectus est, studens semper de virtute progredi in virtutem, quo in tempore in Dei Templo in Virtutis culmine positus sic effulsit quod merito Gemma Presulum dici posset. Oracioni, vero, insistebat assidue; ac sui fervorem spiritus demonstrabant in Oracionibus et Celebracione Misse habundanter ex oculis lacrime defluentes. Commissas, vero, oves precedebat ad pascua, et a lupis protectas rapacibus, pastasque verbo et exemplo pariter, ad Christi Caulas sedule reducebat. Jura, vero, sue Ecclesie defensabat viriliter, indutus Justicia velut lorica; paratus namque pro sibi commisso grege animam ponere, non timuit in hoc Principem vel Magnatem. Et, quia dignum erat quod huic tam excellenti merito daretur Eterna Requies post laborem, cum pro sue causis Ecclesie ad Romanam pervenisset Curiam, diem clausit extremum, receptis prius devote Ecclesie Sacramentis; sicque vir felix iste ad Dominum transmittendo spiritum, de Peregrino et Advena factus est eximius Celi Civis. Et, quia decebat multum Divine Potenciam Magestatis ut Sanctum hunc in Celis regnare Secum per signorum evidenciam Fidelibus declararet, ipsum coruscare in terris miraculis multis fecit. Quorum quedam, fidelibus probata testimoniis, ad Dei Laudem et Gloriam Sancti hujus, Presentibus duximus inserenda. Quedam, namque, puella annorum quinque, que tempore longo in quodam profundo stagno steterat mortua et submersa, extracta inde frigida tota et rigida, non habens aliquod signum vite, facto ad Sanctum hunc pro ejus resuscitacione voto, vite fuit pristine restituta. Infans, eciam, biennis quidam in aqua quadam submersus et mortuus, extractus inde, post factum pro ipso votum, miraculose extitit suscitatus. Puer quidam annorum ix submersus in quodam flumine, postquam extractum de aqua Sancto huic aliqui devoverunt, restitutus est vite pariter et saluti. Parvulus alter, etatis unius anni cum dimidio, super cujus capud dormientis in area rota transiverat onusti currus qui a bobus quatuor trahebatur, mortuus ex hoc recuperavit vitam et animam meritis Sancti hujus. Infans alius, nondum etatis duorum annorum, in fundo cujusdam fossati, in quem locum de ponte altitudinis magne de nocte asseritur cecidisse, repertus mortuus, rigidus, et frigidus, absque aliquo signo vite, mensuratus ad hunc Sanctum, vite fuit mirabiliter restitutus. Mulier quedam que septem annis sic contracta fuerat quod nec stare nec ire poterat per seipsam, portata ad Tumulum Sancti Thome, oracione ibidem facta per ipsam, restituta fuit pristine sanitati. Quedam, insuper, puella annorum quinque, que pedem unum habebat annis pluribus quasi totum ex fistulis putrefactum, ita quod nec stare nec ire poterat nisi se super femur trahendo per terram, portata ad dicti Sancti Tumulum per patrem, fuit ibidem a dicta infirmitate curata. Altera mulier, que per annos plures visu caruerat, nec quoquam ire poterat nisi ut ceca ab altero duceretur, ducta ad Ecclesiam Herefordie, et facta oblacione ad Tumulum Sancti

Thome, fuit a cecitate dicta continuo liberata. Puer, insuper, annorum quinque, qui ex infirmitate quadam omnino visum perdiderat, et duobus annis manserat ita cecus, ductus ad hujus Sancti Tumulum, oblacione facta, visum recuperavit perfecte. Quidam, eciam, homo qui gibbum ad quantitatem unius ovis (*sic*) anseris ortum in collo suo portaverat multis annis, orans ad Tumulum hujus Sancti et denarium offerens, cum quo in modum Crucis tetigerat dictum gibbum, statim curatus omnino fuit et a dicto gibbo penitus liberatus. Predictis et aliis multis miraculis Sanctum Suum clarificavit Deus, Qui facit mirabilia magna solus. Hec sunt, certe, mirabilia opera Tua, Deus, Qui sic per Celestes Spiritus gubernas terrena omnia et disponis, quod ipsorum sacratum numerum, quem cadencium ruina minuit, reparas mirabiliter et terrenis. Hii sunt Sancti Tui, Omnipotens Deus bone, Qui Tue dono gracie semper virent, rubent ut rosa, candent sicut lilium, ut mel placent, currunt ut spiritus, fragrant ut balsamum, ut sol fulgent. Sic, sic, Deus clemens, Sanctum Tuum Thomam glorificans, Fidem firmat, nubilosos errores dissipat et confundit, ad Superna nostros rapit affectus, amoris flammis succendit frigida corda nostra. In hac, igitur, leta die quam fecit Dominus, qua Confessor iste in Dei Throno Corona Glorie clarus sedet, laudet Dominum omnis Spiritus Celi Celorum; clamore ineffabili Deo canant; Sanctorum Ecclesia mente et spiritu, in cordis et organo, Domino psallat; set tu magis plaude, Herefordia, que sui Thesaurum Corporis contines tam immensum. Nam quem in terris habuisti Pastorem nunc obtines in Celis sedulum Protectorem. Verum, quia multum convenit ut quem Deus in Celis glorificat, in terris, ad suum fructum et gaudium Mundus colat, Nos de ipsius vita et miraculis inquiri fecimus diligenter; dehinc, super inventis per Nos et Fratres nostros attenta examinacione habita et discussione solerti, de ipsius Sanctitate vite ac veritate miraculorum plene certi facti, ad requisicionem instantem ac supplicacionem humilem et devotam Prelatorum multorum, tunc apud Sedem Apostolicam existencium, de dictorum Fratrum nostrorum consilio et assensu, confisi de Omnipotentis Dei misericordia, Auctoritate quoque Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, et nostra, Sanctorum Confessorum Cathalogo duximus ascribendum. Ideoque Universitatem vestram monemus et hortamur attente, per Apostolica Scripta vobis precipiendo mandantes, quatinus vj Nonas Octobris [2 Oct.] Festum Confessoris ejusdem devote et solempniter celebretis, et faciatis a vestris subditis veneracione congrua celebrari; ut, pia ejus intercessione, et hic a noxiis protegi et in futuro sempiterna gaudia consequi valeatis. Ut, autem, ad venerabile ipsius Sepulchrum ardencius et affluencius Christiani Populi confluat multitudo, ac celebrius ejusdem Confessoris colatur Festivitas, omnibus vere penitentibus et confessis qui cum reverencia illuc in eodem Festo annuatim accesserint, ipsius suffragia petituri, de Omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, Auctoritate confisi, duos annos et duas quadragenas; accedentibus, vero, annis singulis ad predictum Sepulchrum infra ejusdem Festi Octabas, C dies, de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.—Datum Avinione, xv Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Quarto [17 April, 1320]; 153.

Hereward (Hireward *and* Hureward), John, of Yarnscombe, co-patron of the Perpetual Chantry of Little Yarnscombe; 54, 145: presents to Yarnscombe; 130^{b}.

Hereward, Robert, collated to a Prebend in Bosham; 59, 60: to a Prebend in the Cathedral; 117: inst. to St. Mawgan-in-Kerrier, 124: resigns; 157^{b}.

Hereward, Thomas, inst. to Aveton-Giffard; 46^{b}, 49^{b}, 56^{b}, 73: collated to a Prebend in the Cathedral; 82: to the Archdeaconry of Exeter; 127^{b}.—*See* Bosham, Canons of; 85: *also*, (*Ord.*) 236^{b}, 237^{b}.

Hereward, Sir William, Knt., presents to St. Erme; 177.

Hereward, Wm., R. of Yarnscombe; 121, (*Ord.*) 218: exchanges for Bickleigh (*So*: *Devon*); 130^{b}.—*See* Arundelle; 116^{b}.

Herforde, Adam de, Official-Principal of Winchester, *see* Bosham; 89.

Hermandesworthi, John de, inst. to the Chantry of Trewen; 71[b].

Herpathe (*alias* Gatepathe), Henry de, R. of Beaford; 79[b].

Herpetru, Thomas de, R. of Tedburn-St. Mary; 60[b], 66[b]: reference to his Will; L 209[b].

Hertle, Peter de, Proctor for John le Mareschal; 75[b].

Hertwelle, Jordan de, Proctor for John de Drokenesford; 35[b].

Herwyntone, Adam de; L 210.

Heton [*margin* "Eton"], Master Geoffrey de, Advocate in the Court of Canterbury,—the Bishop grants him a Pension, "de Camera nostra," of xls., annually, at Michaelmas "pro patrocinio suo in Causis dictum Episcopum contingentibus in dicta Curia agitandis," till the "patrocinium" should cease, or the Bishop present him to a sufficient Benefice (8 Feb., 1308-9); 38. *See* Etone.

Hidesworthe, Master Henry de, Advocate in the Court of Arches,—in return for services rendered in the said Court, the Bishop grants him an annual Pension of xls., "a Camera nostra," to continue as long as such services (not including the causes in which John, Bishop of of Chichester, was concerned) were continued (14 Jan., 1318-19); 140.

Highampton [Henctone *and* Hegheauntone, MS.],—

Sir James de Mertone, R.,—non-residence for a year—"Licencia intendendi obsequiis Nobilis Mulieris, Domine Marie le Flemyng, pro eodem supplicantis . . prout decet statum suum" (14 March, 1313-14); 83: again, from 11 Aug., 1316, till Michaelmas, 1317, "ut . . possit stare in obsequio Baldewini le Flemanc"; 114.

High Bickington [Bukyngtone, Bukentone, Buketone, MS.],—

Robert de Wylyngtone, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for a year from last Michaelmas; he was to take subdeacon's Orders within the year (3 Nov., 1308); 36: again (clerk), till Michaelmas, 1310 (14 Dec., 1309); 45[b]: renewed (subdeacon), 11 Nov., 1310; 57[b].—Master Geoffrey de Lucy, subdeacon, R.,—Dispensation: licence of non-residence for one year, to study, etc. (21 April, 1319).—"et super hoc habuit Literas presencialiter sibi traditas per Magistrum Nicholaum de Hele, clericum, in porticu Aule Curie Episcopi Exoniensis extra Barras Novi Templi Londoniarum; dicto clerico sibi verbaliter exponente quod, quia dictus Rector aliam Ecclesiam prius optinuit et tenuit, ut asseruit, eisdem Literis suo periculo, si voluerit, uteretur; presentibus Willelmo de Wolleghe et Ricardo de Oteri"; 140[b]. There is no record of his Institution, which, doubtless, took place at this time. Again (14 March, 1322-3), "et dabit xx solidos"; 174[b]: again,—"Licencia intendendi obsequiis Domini Stephani, Archiepiscopi Armachanensis, Tocius Hibernie Primatis, per annum, ad instanciam ejusdem Episcopi" (1 May, 1325); 184.

High Bray [Hautebray, MS.],—Sir Robert de Rogis, deacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, etc. (24 Sept., 1309); 44: (priest) renewed (22 June,1311); 62[b].

Hildesle, Walter de, clerk, inst. to Monkokehampton; 184[b].

Hille (*or* Hulle), William de la, inst. to Maristowe; 47, 224[b].

Hyngham, Ralph de, Canon of Bosham; 35, 46[b]: Canon of

Crediton; 50b: deceased; 60, 61b: his Will; 65.
Hyngham, John de, *see* "Wills"; 65.
Hyntone, Nicholas de; *see* Lanteglos[-by-Camelford] (*Inst.*); 37b: *see* Rome, Court of; 124.
Hyspania, James de; L 192b, 210; (*see* Vol. I., page 390).
Hitte, William; (*Ord.-Pris.*) 222b.
Hocke, Roger, inst. to Gidleigh; 180b, 184b.
Hodenet, Richard de, inst. to Uploman; 44, 44b.
Hoke, William atte, junior, *see* Bosham; 15b.
Hokysham, William de, presents Giles de Hokysham to Huxham; 83b.
Hokesham, Wm. de (son of William) presents to Huxham; 100.
Holaweye, Thomas de, *see* Lawhitton (*Inst.*); 74.
Hole, Gregory de la, inst. to the Chantry of Trewen (Holsworthy); 66.
Hole, Robert de, "de Aysshulle," *see* Rome, Court of; 124.
Hole, Roger de la, inst. to Antony; 176b.
Hole, William de, collated (by *lapse*) to Parracombe; 35.
Holediche, Robert de, priest,—
Dispensacio super falso et conficto titulo pro Ordinibus recipiendis,—"Auctoritate Reverendi Patris, Berengarii, miseracione Divina Tusculi Episcopi, Domini Pape Penitenciarii, nobis in hac parte commissa, super eo quod olim, in Minoribus Ordinibus constitutus, et desiderans ad Sacros Ordines promoveri, certumque ad hoc titulum non habens, apud quendam Militem instetisti, et titulum in premissis optinuisti ab eodem; tali ad hoc condicione adjecta ac fide prestita, quod eundem Militem vel heredes suos super hoc non impeteres, nec pretextu concessionis tituli memorati aliquatenus molestares; alias, tamen, rite omnes Sacros Ordines suscepisti, ministrando in eisdem, non in contemptu Clavium set simplicitatis errore, aliasque te Divinis Officiis ingerendo,—te, si premissa veritate nitantur, ab hujusmodi excessu, injuncta tibi propter hoc primitus penitencia salutari, absolvimus,—te nichilominus a sic susceptorum Ordinum execucione usque ad Festum Beati Martini [11 Nov.] proximo nunc venturum, per nos propter hoc suspenso,—tecum, extunc, super irregularitate quam propter premissa contraxisti, et sic receptorum Ordinum execucione,—dum, tamen, aliud tibi in hac parte Canonicum non obsistat,—auctoritate predicta, misericorditer dispensamus, . . . "die Veneris proxima ante Festum Omnium Sanctorum (30 Oct.)," 1310; 57.
Holerigge, Roesea, *see* Pynde; L 199b.
Hollacombe [Holecumbe, juxta Hallesworthe (Holsworthy), MS.],—Benedict de Kylminand, accolite, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (11 Aug., 1323); 176b.
—Sir Ralph de la Pole, 11 June, 1309, obtained Licence to farm this Church for five years,—"et dabit ad elemosinam Domini ij marcas et dimidiam"; 41b.
Holecumbe, Richard de (son of Symon); L 197.
Holacumbe, Roger de, Canon-Regular of Bodmin; 71.
Holne; Master John de Wytebi, accolite, R.,—
Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (and he was to take

subdeacon's Orders within the first year (20 Oct., 1310); 57: renewed 5 March, 1311-12; 69: again (subdeacon), for one year from Michaelmas ensuing,—"quarto Kalendas Aprilis" (29 March,) 1314; 83: again (priest), 20 Oct., 1317,—"et dabit ad Fabricam super gracia pro non residencia dimidiam marcam"; 123b: again, for a year (25 Sept., 1318),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 130: again, for a year from Michaelmas (16 Sept., 1320); 151b: and again, (20 Nov., 1321); 162b.

Holond, John, clerk, *see* Philleigh (*Inst.*); 144b.

Holsworthy [Hallesworthi, Haldesworthi, Healdesworthe, and Haldesworthi, MS.],—

Master William de Carreu, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for three years, to study, etc. (30 Aug., 1312); 73: renewed, for a year (19 Aug., 1315); 107b: again (4 Aug., 1316); 113b: again, till Michaelmas, 1318 (1 Aug., 1317); 120: and again (25 Sept., 1318); 130.—He appeared, 21 Sept., 1319, by his Proctor, Thomas Peris, R. of Pillaton, before Richard de Coletone, Official-Principal, "in judicio pro Tribunali sedente in Majori Ecclesia Exoniensi, in Loco Consistorii," and promised, under a penalty of 100s., to put in repair the barn and other buildings belonging to his said Rectory, before the Feast of St. Peter ad Vincula (1 Aug.)—"Vacat, quia remissa per Dominum" (*margin*); 142b.—Sir Nicholas de Wethergrave, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, 1323,—"pro utilitatibus, ut asseruit, ejusdem Ecclesie" . . . "ita quod visitet Ecclesiam ipsam tempore Quadragesimali; videlicet, tota Quadragesima vel aliqua parte notabili ejusdem (25 July, 1322),—"qui promisit Fabrice Exoniensi C solidos"; 168.

Honemenacote (*also called* "de Winescote"; *Ord.* 243), Richard de, collated to a Prebend in Crediton; 142b: inst. to Iddesleigh; 151b, 152, 176, 181b.

Honitone, Peter de,—

R. of Ilsington, *see* Lawhitton (*Inst.*); 59: resigns his Prebend in Crediton and is, immediately, admitted to the same again, *in commendam*; 67: again resigns; 67b: is collated to a Prebend in St. Crantock; 67.—*See* Rome; 68, 68b: Glasney (*Inst.*); 72b: Lanivet (*Inst.*); 74: Bodmin Priory; 89b: Cookbury; 107b: Brothertone; 112: Clyst Episcopi; 114b: is inst. [not *inducted*] to Aveton-Giffard; 128: resigns Ilsington, and is inducted (not *instituted*) to Lustleigh; 128b: resigns his Prebend in St. Crantock; 129b: is collated to a Prebend in Glasney; 155. He was Proctor for Thomas de Hentone; 31b: Roger de Otery; 35: Robert Bythewalle; 76b: and Thomas Hereward; 85.

Honicherche, Matilda de; (*Ord.-Pris.*) 236b.

Horn, John, and Beatrix his wife; L 194.

Hortone, Roger de, his Election to be Prior of Launceston,—

"Litera proclamatoria pro Electo" (directed to the Dean of Trigg-Major), 5 April, 1308; 32: *Commission* (directed to the Abbat of Tavistock, Roger de Otery, Commissary-General, and Wm. Bloyou, Canon of Glasney), same date; 32b. The Bishop (Elect) writes to the King for his Licence (the See being vacant pending his Consecration), 3 May, 1308; 33b: Commission for Hortone's Installation, 4 May, 1308; *ibid.*

—On the 20th of Feb., 1308-9, the Bishop, in the Chapter-House of the Priory, admonished this Prior, under pain of deprivation, to exhibit within two years, to himself or his Successor, his "Privilegium," by virtue of which he retained the dignity, being illegitimate. He appeared at Clyst within the said term, and, having satisfied the Bishop, was discharged; 38b.

Hortone, Robert de, presents to the Chantry of St. Mary

Magdalene, Torrington; 68b.

Holemede, William de, inst. to Brampford-Speke; 131.

Huggeworthi, Fr. Ralph de, Canon-Regular of Launceston; 115.

Huish [Hywys, MS],—Richard de Esse, R.,—Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas last, to study, etc. (14 Oct., 1308); 35b.

Hywys (*also*, Hiwische), Dame Matilda de (relict of Sir Richard), presents to St. Ewe; 42, 49b, 59, 59b: to Lansallos; 150.

Hulierd, Richard, R. of Loxhore; 45.

Hulle, Robert de, inst. to West Alvington; 169.

Hundreman, Adam le, and Alice his wife; L 203.

Hunte, Walter *called* le, inst. to Sir William Martin's Chapel at Fremington; 60b.

Hurbertone, Geoffrey de, inst. to Hennock; 81b: deceased; 171.

Hurbertone, John de, clerk, *Dispensacio super defectu natalium*—"de *presbitero* genitus et soluta", (19 Dec., 1308); 37.

Hurtleghe, Richard de, V. of Buckland-Brewer; 72b.

Hyde Abbey,—*Caucio Abbatis de Hida*:—

—Venerande Religionis viro, Domino Dei gracia Abbati de Hida, Wyntoniensis Diocesis, Reverendi Viri Domini Abbatis de Bello Loco, ejusdem Diocesis Judicis Principalis, una cum discretis viris, Magistro Ada de Herforde, Officiali Wyntoniensi et Gardiano Fratrum Ordinis Minorum Wyntonie, in hac parte a Sede Apostolica deputatis Commissariis, Walterus, permissione, etc. salutem, etc.—Audito nuper quod discretus vir, Dominus Archidiaconus Cicestrensis, occasione cujusdam Regie Prohibicionis super libertate Ecclesie, seu Capelle, de Boseham, eidem Domino Archidiacono, ut dicebatur, porrecte, jurisdiccionem dictorum Abbatis de Bello Loco, Magistri Ade, Officialis et Gardiani, ac Commissariorum eorumdem in hac parte, in Causa Appellacionis que vertitur, seu verti speratur, inter nos Partem appellantem ex parte una, et Archidiaconum predictum, ex parte altera, coram eis, annullare et forum eciam ipsorum et vestrum nititur declinare; vosque ex hoc veremini quod, si in hujusmodi Causa procedetis ulterius, fatigari poteritis ea occasione, forsitan, laboribus et expensis; nos, hujusmodi timorem, si quis sit, a vobis excutere cupientes, vobis fideliter et bona fide promittimus quod, si in dicta Causa processeritis prout, absque dubio, de jure procedere poteritis, vos erga Dominum Regem et quoscumque alios, cujuscumque condicionis existant, ea occasione indempnes conservabimus. Et ad id omnia bona nostra, mobilia et immobilia, tenore Presencium, obligamus. Similiter, eciam, promittimus pro quibuscumque aliis qui pro nobis caverint in hac parte.—In cujus rei, etc.—Datum apud Clyst (27 Oct., 1314); 89.—This is followed by a copy of a 'Caucio,' in identical terms, directed to the said Warden of the Friars Minors of Winchester, on the same day.

Hyde, Ralph de la (son of Thomas), inst. to Whitstone (*Cornwall*); 42b, 44, 44b, 51, (*Ord.*) 222b: Canon of St. Crantock, deceased; 53b.

Hyde, Thomas de la; L 201b.

Hyde, William de la, Canon-Regular of Bodmin; 71.

A William de la Hyde was inst. to a Prebend in St. Crantock (13 Aug., 1310); 53b: deceased; 101b, 106b.

Hydone, Sir Wm. de, Knt. deceased, *see* Clyst-Hydon (*Inst.*); 38.

Hidone, John de, presents to Clyst-Hydon; 144b.

Hyndwille, Richard de; L 190b.

I.

Iddesleigh [Yuddesleghe, MS.],—

Master Richard de Honemenacote, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for three years, to study, etc. (26 Sept., 1320); 152: renewed [Honemanecote, MS.] for a year, in Foreign Parts (7 Aug., 1323); 176: renewed for two years (5 Sept., 1324); 181b.

Ideford [Giddeforde, MS.],—Sir Walter, R.,—Licence to put his Benefice out to farm to Sir John de Chageforde, chaplain, for three years;—"et dabit ad Fabricam Exoniensem, singulis annis, quinque solidos" (31 Dec., 1315); 111.

Ilfracombe,—

"Dominus injunxit parochianis de Ylfredecumbe, apud Ylfredecumbe, quod infra annum fieri facerent, et haberent in Matrice Ecclesia ipsorum, Ymaginem Beate Marie Virginis, ita decentem et formosam sicut in Capella Beate Virginis ibidem tunc temporis habuerunt; sub pena xls." (26 July, 1309); 42b.

—*Pena et Preceptum super Ecclesia de Ilfridecombe,*—

—Apud Ilfridecombe, xxijdo die dicti mensis [Nov., 1321], constitutus Dominus in Ecclesia Parochiali de Ilfridecombe, in presencia Domini Henrici de Chambernon, Militis, et Patroni dicte Ecclesie, Roberti de Bikeleghe, Adami de Stoddone, Willelmi Schurreve, Ricardi Schurreve, Johannis le Lange, Adami de Trewent, Thome de Trewent, Willelmi le Taillur, Adami Fabri, Thome Ware, Willelmi Gersome, Willelmi Benet, junioris, Rogeri Mugge, Johannis Henri, Johannis Knosse, Johelis Fabri, Johannis Pistoris, Thome Pistoris, et nonnullorum parochianorum ipsius Ecclesie, perpendens quod eadem Ecclesia capax non erat omnium parochianorum ejusdem, precepit et injunxit eisdem parochianis, nomine suo, et nomine omnium comparochianorum suorum dicte Ecclesie, quod eandem Ecclesiam ampliarent, hinc et inde, per duas alas competentes, et corpus ipsius Ecclesie in longitudine similiter ampliarent per xxiiijor pedes ad minus, infra biennium a Festo Beati Michaelis proximo secuturo, sub pena xlli. sterlingorum, applicandarum Fabrice Ecclesie Beati Petri Exoniensis, pro voluntate et arbitrio dicti Domini"; 162b.

—Reginald de Champernoun, priest, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study in Theology or Canon-Law (11 May, 1310); 51: again, [Ilfardicombe, MS.], for a year,—"et dabit ad Fabricam xx solidos" (20 Sept., 1318); 129b.

Ilfrydecombe, Adam de, V. of Staverton, deceased; 105.

Ylstyngtone, William de, inst. to Cotleigh; 38.

Ilton, in Malborough, *see* Cheverestone (*Oratories*); 39b.

Inge, William, inst. to Heanton-Punchardon; 148.

Inkepenne, Richard de, R. of Dittisham; 33b, 36, 115, (*Ord.*) 224b, 225.

Innocent III., Pope (*see* Rymer, I., 197: Wilkins, I., 545),—

Privilegium Innocencii Pape super Libertate Eleccionis. [The words "*Privilegium eligendi Prelatos per Regem concessum*" have been added in the margin

Innocencius Episcopus, etc., Venerabilibus Fratribus, etc., Ecclesiarum Prelatis per Angliam constitutis, salutem, etc.—Dignis laudibus attollimus magnificenciam Creatoris quod, postquam Idem, Qui est mirabilis et terribilis in consiliis super filios hominum, aliquamdiu tolleravit ut perflando discurreret per areolam orti Sui spiritus tempestatis, quasi ludens taliter in orbe terrarum, ut sic ostenderet infirmitatem et insufficienciam nostram, nobis statuit cum voluit, Aquiloni dixit Da, et Austro Noli prohibere, imperans ventis et mari statuit procellam in auram, ut naute portum quietis inveniant peroptatum. Cum, enim, inter Regnum et Sacerdocium Anglie, non sine magno periculo atque dampno, super Eleccionibus Prelatorum gravis fuerit controversia diucius agitata, Illo tandem Cui nichil est impossibile Quique ubi vult spirat mirabiliter cooperante, carissimus in Christo Filius noster, Johannes Rex Anglie illustris, liberaliter ex mera et spontanea voluntate, de consensu communi suorum Baronum, pro salute anime sue ac predecessorum et successorum suorum, nobis concessit, et suis Literis confirmavit, ut de cetero, in universis et singulis Ecclesiis ac Monasteriis Cathedralibus et Conventualibus tocius Regni Anglie inperpetuum libere fiant Elecciones quorumcumque Prelatorum, majorum eciam et minorum. Nos, igitur, gratum et ratum habentes, concessionem hujusmodi vobis, et per vos Ecclesiis et successoribus vestris, prout in ejusdem Regis Literis perspeximus contineri, auctoritate Apostolica confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. Ad majorem, autem, firmitatem et perpetuam memoriam hujusmodi rei, prefati Regis Literas super hoc confectas Presentibus inseri fecimus; quarum tenor est talis,—Johannes, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie et Normannie, et Comes Andegavie, Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, et Militibus, Ballivis, et omnibus has Literas visuris, salutem.—Quum inter nos et Venerabiles Patres nostros, Stephanum Cantuarie Archiepiscopum, tocius Anglie Primatem, et Sancte Romane Ecclesie Cardinalem, Willelmum Londoniensem, Eustachium Eliensem, Egidium Herfordensem, Jocelinum Bathoniensem et Glastoniensem, et Hugonem Lincolniensem, Episcopos, super dampnis et ablatis eorum tempore Interdicti, per Dei graciam, de mera et libera voluntate utriusque Partis, plene convenit, volumus non solum eis, quantum secundum Deum possumus, satisfacere, verum eciam toti Ecclesie Anglicane salubriter et utiliter inperpetuum providere. Inde est quod qualiscumque consuetudo, temporibus nostris et predecessorum nostrorum hactenus in Ecclesia Anglicana fuerit observata, et quicquid juris nobis hactenus vendicaverimus in Eleccionibus quorumcumque Prelatorum, nos ad ipsorum peticionem, pro salute anime nostre et predecessorum ac successorum nostrorum, Regum Anglie, liberaliter, mera et spontanea voluntate, de communi consensu Baronum nostrorum, concessimus et constituimus, et hac presenti Carta nostra confirmavimus, ut de cetero in universis et singulis Ecclesiis et Monasteriis Cathedralibus et Conventualibus tocius Regni nostri Anglie, libere sint inperpetuum Elecciones quorumcumque Prelatorum, majorum et minorum; salva nobis et heredibus nostris custodia Ecclesiarum Monasteriorum vacancium que ad nos pertinent. Promittimus, eciam, quod nec impediemus nec impediri permittemus per nostros, nec procurabimus quin in singulis et universis Ecclesiis et Monasteriis memoratis, postquam vacaverint, prelature quandocumque voluerint libere sibi preficiant Electores Pastorem; petita, tamen, prius a nobis et heredibus nostris licencia eligendi, quam non denegabimus nec differemus. Et si forte, quod absit, denegaremus, nichilominus procedant Electores ad Eleccionem Canonicam faciendam. Et similiter, post celebratam Eleccionem, noster requiratur assensus, quem non denegabimus nisi aliquid racionabile proposuerimus et libere probaverimus, propter quod non debeamus consentire. Quare volumus et firmiter jubemus ne quis, vacantibus Ecclesiis vel Monasteriis, contra hanc nostram Concessionem et Constitucionem in aliquo veniat vel venire presumat. Si quis, vero, contra hoc, aliquo tempore, umquam venerit, malediccionem Omnipotentis Dei et nostram incurrat. Hiis Testibus;—Petro, Wyntoniensi Episcopo, Willelmo Marescalle, Comite Pembrochie, etc., Willelmo, Comite Warrennie; Ranulpho, Comite Cestrie; Saiero, Comite Wyntonie; Galfrido de Mandeville, Comite Gloucestrie et Essexie; Willelmo, Comite de Ferrariis; Willelmo Briwere; Warino filio Geraldi; Willelmo de Cantilupo; Henrico de Neville; Roberto de Vere; Willelmo de Huntyngfelde.—Datum, per manus Magistri Ricardi de Mariscis, Cancellarii nostri, xv die Januarii, apud Novum Templum Londoniense, Anno Regni nostri xvj° [1214-15].—Nulli, ergo, omnino hominum liceat hanc Paginam nostre Confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario

contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejusdem, se noverit incursurum. Similiter datum Laterani, iij Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno octavodecimo [30 March 1216].—Written on a blank page, fol. 13.

Institutions to Benefices, etc.,—

Abbot's-Kerswell [Carswille Abbatis, MS.], Vicars of—

Sir *Thomas* dictus *Tankarde*; on whose death," Die Dominica proxima post Festum Sancti Gregorii, Pape" (15 March), 1320-1,

Robert de Fishacre, deacon,[1] was inst., 14 April; Patrons, the Abbat and Convent of Sherborne; 157b.

Affeton [Affatone, MS.], Rectors of—

Sir *John de Oxtone*; on whose resignation, "quarto Idus Maii" (12 May), 1310

Hugh Norman, accolite,[2] was inst., 12 June; Patrons, the Prior and Convent of St. Nicholas, Exeter; 52b.

Alphington[3] [Alfyntone, MS.], Rectors of—

Sir *Stephen de Brawoda*[4] occurs as R., 23 March, 1311-12; 69b: on whose cession, 5 Feb., 1317-18 (fol. 125b) "per Constitucionem Johannis Pape XXII. contra Plurales editam" (*see* Benefices, Vacant),

Sir *Robert de Halstede*, priest, was inst., 14 March; Patron, Sir Hugh de Neville, Knt.; 126.

Alternon, Vicars of—

Sir *John*; on whose death, "die Lune proximo post Festum Sancti Petri ad Vincula" (6 Aug.), 1319,

Sir *Ivo de Astone*, priest, was inst., 12 Dec.; Patrons, the D. & C. of Exeter; 145.

Alverdiscott [Alvardiscote, MS.], Rectors of—

"Universis, etc.—Ex cura suscepti regiminis ad nos proculdubio dinoscitur pertinere ut eo libencius subditorum nostrorum desideriis annuamus quo per hoc Cultus Divinus in Ecclesia Dei poterit salubrius augmentari. Sane Peticio dilecti in Christo filii, Domini Ricardi de Stapeldone, Militis, nobis exhibita, continebat quod, cum Manerium suum de Stapeldone, situatum in Parochia Parochialis Ecclesie de Miltone, nostre Diocesis, matricis Loci ejusdem, in quo quidem Manerio frequenter, sicut asserit, moram facit, adeo a predicta Matrici Ecclesia et Capella de Cokeburi, ab eadem Ecclesia Matrice dependente, distare noscatur, quod ad unam vel aliam Ecclesiam seu Capellam, propter non modicam loci distanciam, et viarum nonnulla discrimina, pro Divinis audiendis ibidem, difficilis est accessus; habeatque prefatus Dominus Ricardus in dicto Manerio Capellam, sive Oratorium, ubi Divina satis competenter poterunt, sicut asserit, celebrari; nos, habentes nostre consideracionis intuitum ad premissa, paterno sibi concedere dignaremur affectu ut pro se, et suis heredibus, quociens sibi, hora ad hoc competenti, placuerit, in prefata Capella, seu Oratorio, Divina de nostra sibi celebrari facere poterit gracia speciali. Cupientes, igitur, eidem Militi taliter in sua Peticione favere, quod per hoc nulli inposterum prejudicium aliquod generetur, quinpocius per hoc, preter alias sufficientes causas et legitimas, Cultus augmentetur Divinus, habito primitus cum discretis viris, Dominis Decano et Capitulo nostro Exoniensibus, super hoc inter cetera diligenti tractatu, ipsorumque ad id legitimo accedente consensu, sibi ut in prefata Capella, seu Oratorio, de Stapeldone, pro se et heredibus suis, perpetuis futuris temporibus, per unum Capellanum ydoneum, vel eciam plures eorum qui pro tempore ibidem, propriis sumptibus sustentandi, hora ad hoc debita, Divina licite valeant celebrari, tenore Presencium indulgemus. Ita, tamen, quod prefate Matrici Ecclesie nullum per hoc prejudicium generetur omnino, quinpocius omnes obvenciones et oblaciones, et cetera que ad eandem Capellam, seu Oratorium, forsitan provenire continget, tanquam prefate Matrici Ecclesie per omnia debita, integre reddantur eidem; quodque Capellanus quicumque, Divina ibidem continue celebrans, juxta formam Constitucionis Synodalis super hoc edite, corporale prebeat juramentum, infra mensem a tempore quo hujusmodi juramentum debite exactum fuerit ab eodem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum Presentibus duximus apponendum.—Datum Exonie, vicesimo sexto die mensis Julii, Anno Domini M° CCCmo xvj°.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis antedicte, premissam Indulgenciam sub forma qua premittitur, quatenus ad nos attinet, approbantes, eidem per omnia nostrum, tenore Presencium, prebemus assensum.—Datum sub sigillo nostro communi, in Capitulo nostro Exoniensi, die et Anno Domini supradictis; 114.

VALLETORT, Dame JOAN DE,—Licence for a fit Chaplain to celebrate in her Oratory in the Manor of Modetone [*in Botusfleming*], the Rector consenting, and without prejudice to the Mother-Church (28 Feb., 1308-9); 38b.

WALEIS, WILLIAM, in his Chapel of Landren, in the Parish of Northill, Cornwall; once a year on 15 Aug., the Feast of the Assumption, (19 Feb., 1311-12); 69.—The Manor of Landreyne is said, in a MS. Volume, drawn up by the last male heir of the Spoure Family, and containing an account of that Family and their possessions, to have belonged to William, Lord Wallis, who was attainted in the Reign of Edward III., and had a daughter Christian married to John Trebartha. We can find no account of this Lord Wallis in any other Heraldic Books, either printed or MS.; it is certain that the Manors of Landreyne and Northill belonged to the Courtenays, Earls of Devon, and, having been forfeited by attainder, were annexed to the Duchy of Cornwall (*Lysons*). He is not called "Lord," here, in the Register, and it is possible that the last of the Spoures may have confused him, by reason of the similarity of name, with *Richard* Waleys, a Baron by writ, who was summoned to Parliament at about this time, viz., 15 May, 14 Edw. II (1321), but never afterwards. *See* Sir Harris Nicolas' *Historic Peerage*: he points out that "Dugdale gives no account of this Baron in his *Baronage*: he was, however, of the Party of Thomas, Earl of Lancaster, was present at the Battle of Boroughbridge, and received Writs on various occasions between 1308 and 1325; although never summoned to Parliament after 1321. He left a son, Stephen Waleys, living 1348, whose only dau. and h., Elizabeth, was the wife of Sir John Depedene, Knt." (p. 495).

WOLLEGHE, Master WILLIAM DE, R. of Yarnscombe, priest, in his Oratory at Wolleghe; he was to say Mass therein, but not administer the Sacraments of the Church to anyone (6 March, 1320-1); 157.—In a later Licence he is called "Dominus Loci ejusdem, . . . infra septa Curie sue ibidem" (26 May, 1322). He was to resort to his Parish-Church on Sundays and on other Feasts; 167b. ["Woolly [*in Beaford*] was antiently in the Murdakes, from whom it passed by successive female heirs to Hatch, Mallet, and Acland. There were, formerly, *Chapels* at Upcott and Woolly" (*Lysons*)].

Ordinations *see* the Ordination-Lists, at the end),—

Commission directed to John [de Drokenesford], Bishop of B. and W., "ad Ordinandum, hac instanti die Sabbati proxima ad *Sicientes*, quoscumque clericos, nostre Diocesis, tam Beneficiatos, Religiosos, quam alios, ad quoscumque Ordines, tam Sacros quam Minores, etc." (12 March, 1324-5); 183b.

Ordulph (son of Earl Ordgar, Founder of Tavistock Abbey), *see* Whitchurch; 165b.

Osbert, Bishop of Exeter, *see* Bosham (*page* 65).

Osmyngtone, William de, inst. to Rousdon (St. Pancras'); 169b.

Oseney Abbey (*Oxon*); L 209b, 210.

Otery, Richard de, inst. to West Down; 176b.—*See* Culmstock; 84b.

Otery, Robert de; 202b.

Otery, Roger de, *see* 33 (*bis*); also, Polslo, 33; Hortone, 33b, L 191.

He was Canon of Crediton, and exchanged for a Prebend in the Cathedral; 35: collated to the Chancellorship of the Cathedral; 43—*see* Exeter (Election of Dean); 42, 46b: St. Newlyn; 52b: Exeter Cathedral; 53: Lezant (*Inst.*); 69b: Vicars-General; 77: deceased; 100: reference to his Will, 122b.

Oteswyche, Master William de; L 191b.

Otterham,—

Robert [de Sancto Genesio], subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence, for a year from Michaelmas (19 Sept., 1309); 43b: renewed (10 Sept., 1310); 55b.

Otterton Priory,—Richard [Jordan], Prior,—

Commission, directed to Roger de Otery (16 Nov., 1309),—to provide a coadjutor for Prior Richard—who was "senio confractus, egritudine perpetua gravatus, lumine oculorum privatus, et alias multipliciter impotens,...in tantum quod dictum Prioratum, nobis Ordinaria Jurisdiccione immediate subjectum, in Temporalibus et Spiritualibus regere non poterit, prout hec nobis, et in partibus illis, ita sunt publica, notoria, et manifesta, quod inficiacioni probabili locus non existit"; 45.

Fr. Robert Lovel, Prior,—Licence to absent himself, for two months, from his Priory, to visit—"Abbathiam Monasterii vestri Beati Michaelis de periculo maris ("pridie Kalendas Aprilis"—31 March, 1312); 71.

Sequestration: –

The Bishop visited the Priory, 31 July, 1314;—"examinato Priore per eundem, idem Prior confessus fuit quod dictus Prioratus pensionarius fuit, et est, Abbathie Sancti Michaelis de periculo maris in ducentis marcis annuatim. Et, quia Prior simpliciter et absque reservacione alicujus Pensionis presentatus extitit per Abbatem Abbathie supradicte, Dominus dictam Pensionem sequestravit, quousque sibi constiterit de titulo, mediante quo; 86.—The Bishop committed the Custody—"Mansi Prioratus et bonorum Ecclesiasticorum"—to John de Lecchelade. Robert Lovel, the Prior, having obtained Licence to visit the Mother-House, and be absent not more than a month, had not returned after the lapse of a year and six months (23 July, 1316); 113b. At last, it was acknowledged that Lovel was so weighed down by sickness and infirmity that he could not return from abroad, and, if that had been possible, could not govern his House. He resigned his Office, 13 Aug., 1316, at Bishopsnympton, in the presence of Fr. Richard de Albo Dyoto (*sic*), Monk of St. Michael's Abbey, who had been nominated as his successor, Fr. Peter de Carvile (Monk of the same Convent, and nominated to succeed Fr. Geoffrey de Sernon as Prior of St. Michael's Mount), Thomas de Stapeldone, Canon of Exeter, Richard de Braileghe, Nicholas de Hele ("familiares Domini"), Robert Barry, John de la Pomeray, Oliver de Esse, and others; 114.

Fr. Richard de Albo Doyto, Prior,—"Licencia visitandi Principalem Abbathiam, in Partibus Transmarinis." He was to be absent for only two months (26 May, 1319); 141.

The Prior presents to Sidmouth; 52b, 167b: Harpford; 79b, 110b, 181.

[Oxford; Exeter College (*olim* "Stapeldone Halle"), the Statutes of,—

[Owing to the evils connected with the system of Students, lodging all over the City of Oxford, Statesmen like Walter de Merton in Henry the Third's time, and Walter de Stapeldon under Edward the Second, founded "Colleges," that the Students might live together, under a Rector, to maintain discipline and order. Their object was to establish a constant succession of poor and diligent Students, and train them for the service of God in Church and State. These Colleges were, by no means, mainly Clerical Institutions. Stapeldon provides for thirteen Scholars (i.e. Fellows), twelve of them studying Philosophy, while the thirteenth was to be a Priest, studying Theology and Canon-Law. Tenpence a week was allowed them for their commons; and, besides this, the Rector had twenty shillings a year; the Priest, also, twenty shillings; and each Scholar ten shillings. The Fellowship ended three years after the Fellow had taken the Degree of Master of Arts; so that men might be passed in considerable numbers through the University training, and then sent out into the world. Thus the Fellows were, themselves, all undergoing the process of training; and they were not Fellows as at present, for there were no other Undergraduates in the College.

The modern Statutes have, in some degree, reverted to Stapeldon's plan. For there are twelve Fellowships, including the Chaplain, and about twenty-six Scholarships and twelve Exhibitions; so that a considerable part of the funds is devoted to training men and passing them out into active life, as Stapeldon wished. The Statutes of the early Founders are well worth reading, for their shrewd and intelligent plans for benefiting the Church and Nation.

At present Unattached Students enjoy the advantage of a careful supervision, which guards against the evils that Merton and Stapeldon had before their eyes. [C.W.B., Exon. Coll. Soc.].

Ordinaciones Domini Walteri, Dei gracia nunc Exoniensis Episcopi, super statu Scolarium Aule de Stapeldone Halle, in Universitate Oxonie degencium, per eundem Episcopum facte, et per eosdem Scolares approbate, Anno Domini Millesimo tricentesimo sextodecimo, in Forma subsequenti:—

De numero Scolarium.

In Aula de Stapeldone Halle, Oxonie, sint tresdecim Scolares, quorum duodecim in Philosophia, et tercius decimus, presbiter, in Sacra Pagina vel Jure Canonico studentes; et plures, si ad hoc eorum excreverint facultates. Numerus, vero, predictus ex Ordinacione Domini Walteri, Dei gracia Exoniensis Episcopi qui nunc est, prima vice compleatur; vel, ipso decedente antequam compleatur, ad preficiendum hujusmodi Scolares per hunc modum procedatur,—

De Eleccione Scolarium.

Imprimis, onerentur singuli, in virtute juramenti in eorum ingressu prestiti, vel, si oporteat, de novo prestandi, quod, cessante omni favore, timore, et consanguinitate vel amore, illos nominabunt quos crediderint ad proficiendum apciores, in moribus honestiores, et in facultatibus pauperiores, vel, saltim, illos in quos iste tres condiciones magis conveniunt; dum, tamen, eligendi sint sufficientes Sophiste ad minus, et de Dyocesi Exoniensi oriundi, vel per moram facti incole ibidem. Set de dictis Scolaribus de Archidiaconatibus Exonie, Tottonie, et Barnastapolie sint octo, et de Archidiaconatu Cornubie quatuor Scolares de numero supradicto. Terciusdecimus, vero, Scolaris, qui debet esse presbiter, per Capitulum Exoniense eligatur, et eisdem Scolaribus per idem Capitulum presentetur, et ex tunc absque difficultate qualibet admittatur. Et si, postea, minus ydoneus inventus fuerit, amoveatur, et ad concordem denunciacionem dictorum Scolarium, vel duarum parcium ipsorum, alius ydoneus, in Forma predicta, per idem Capitulum loco sui celeriter subrogetur. Et si aliqui Fideles Christi de aliis Dyocesibus facultates dictorum Scolarium augmentaverint, ex tunc de illis Dyocesibus in quibus facultates augmentate fuerint, vel prout augmentator disposuerit, pro quantitate ipsarum facultatum hujusmodi, Scolares eligantur et augeantur. Et, facta hujusmodi nominacione eligendorum publice vel secreto, et non observata Forma que in Eleccionibus Prelatorum requiritur, illi in Forma que subsequitur admittantur in quos due partes Scolarium consenserint, absque aliqua alia examinacione cause contradicencium vel non consenciencium; qui, si contra conscienciam elegerint vel contradixerint, preter perjurium quod incurrunt, solum Deum ultorem expectent. Si, vero, due partes non consenserint in Eleccione hujusmodi Scolarium, tunc sit rectificacio Domini Cancellarii Oxoniensis, qui pro tempore fuerit, qui prefici debeant de nominatis ab ipsis; dum, tamen, sex voces ad minus habeat hujusmodi preficiendus. Quod si nullus sex voces habeat, tam diu careant omnes et singuli suis communis quousque sex consenserint in unam personam.

De Eleccione, Officio, et Nomine Presidentis.

Predicti, autem, Scolares habeant super se unum de eisdem Scolaribus superintendentem, qui vocetur Rector ipsorum; qui de cameris ordinet, et qui et qui debeant commorari: proviso quod Magistri Bacularii, Sophistis—Seniore Magistri Junioribus, Bacularii Seniores Junioribus, et Sophiste antiquiores junioribus, in assecucione camerarum preferantur, nisi illi quos res tanget quoc aliter fiat gratis voluerint consentire. Provideat, eciam, comitive de servitoribus ita quod quam cito aliquis servitor duobus (duabus MS.) Scolarium in tantum displicuerit quod ejus ammocionem petierint, a Rectore ammoveatur, et aliu ydoneus loco sic ammoti, quam cito commode fieri potuit, per eundem Rectoren subrogetur. Pecuniam, et res alias pro sustentacione dictorum Scolarium assignatas et assignandas, recipiat, et eisdem ut sequitur, administret. Qui prima vice, per * *, Episcopum Exoniensem qui nunc est, preficiatur, e

secuturis vicibus per eosdem Scolares, vel, ipsis non concordantibus, per * Cancellarium Oxonie, ut supra de eisdem Scolaribus est expressum, nominetur, eligatur, et preficiatur eisdem; qui, eciam, in quolibet Termino, infra sex dies post cessacionem Magistrorum, et alios sex dies consuetum tempus resumpcionis Magistrorum post Festum Sancti Michaelis immediate sequentes, coram predictis Scolaribus, vel deputatis per eosdem, reddat raciocinia de omnibus perceptis et expensis suis; et de suis arreragiis tam Communitati quam singulis Sociis satisfaciat de hiis que debentur eisdem; et quod residuum fuerit in Cista communi eorundem Scolarium, quam habeant in Domo sua, infra octo dies consuetum tempus resumpcionis Magistrorum post Festum Sancti Michaelis immediate sequentes, deponat, ad communem utilitatem, juxta eorundem Scolarium vel majoris partis arbitrium, convertendum. Ad hec, quacumque hora anni prefectus fuerit talis Rector, duret ipsius Officium usque ad octavum diem hujusmodi consuetum tempus resumpcionis Magistrorum post Festum Sancti Michaelis [immediate sequentem], et non ultra; et, dicto octavo die, ad novam Eleccionem illius, vel alterius, in Forma que premittitur, procedatur. Et sit ipse eligibilis sicut alius; dum, tamen, raciocinia reddiderit, et de arreragiis suis satisfecerit, ut premittitur, vel cum caucione sufficienti dilacionem habuerit, de consensu omnium et singulorum Scolarium predictorum; nec possit aliquis hujusmodi onus administracionis, si, ut premittitur, ad hoc electus fuerit, recusare. Qui, autem, per unum diem naturalem recusaverit a jure quod habet in Societate et Domo predictis sit ipso jure privatus et ab eisdem perpetuo excludatur.

De Potestate Presidentis ad discordias terminandas.

Insuper, predictus Rector, associatis sibi duobus de antiquioribus et discrecioribus Scolaribus, omnes discordias super premissis, vel aliquo premissorum, aut quibuscumque aliis inter eosdem Scolares exortas, et omnia jurgia [surgia, MS.] inter ipsos—exceptis tantum casibus * * Cancellario Oxoniensi, ut premittitur et subsequitur, specialiter reservatis—absque strepitu et figura judicii, infra Domum propriam eorundem Scolarium audiat et decidat, et non observantes Ordinaciones predictas, vel alias delinquentes, puniat, prout sibi videbitur expedire, secundum delicti qualitatem; et qui sibi super hiis parere noluerint per subtraccionem sue commune, seu modis aliis, vel per finalem [finales, MS.] ammocionem a dicta Domo per eundem Rectorem, omni appellacione cessante, ad id, si oporteat, compellantur.

De Officio Presbiteri.

Sane, predictus Presbiter in Dominicis et Festivis Diebus, Novem Leccionum, vel cum Regimine Chori, de ipsis Dominicis et Festis; diebus, vero, Sabbati a proprio Festo Novem Leccionum vel cum Regimine Chori vacantibus, de Beata Virgine; ceteris, vero, diebus pro salubri statu Domini Walteri, Dei gracia nunc Exoniensis Episcopi, et Successorum suorum, dum vixerint; necnon pro animabus ipsius Episcopi et omnium Predecessorum suorum, ac, eciam, Successorum, cum ab hac luce migraverint, et animabus Parentum et Benefactorum ipsius Episcopi Walteri et eorundem Scolarium, locis et temporibus per eosdem Scolares concorditer ordinatis seu ordinandis, cessante impedimento legitimo, Divina celebrabit; et, de quocumque celebraverit, pro salubri statu ipsius Episcopi Walteri et Successorum suorum, ac Domini Johannis Tolliro, et Magistri Petri de Skeltone, sacerdotum, et pro animabus ipsorum cum ab hac luce subtracti fuerint; necnon, animabus Parentum et Benefactorum ipsius * * Episcopi, et eorundem Scolarium, in omni Missa habebit memoriam, et, exceptis Festis Duplicibus, tam in vita quam in morte, dicat Collectas proprias et, prout conveniencius similiter fieri poterit, speciales. Dicat, eciam, dictus Presbiter, singulis diebus, ultra Horas Canonicas, Septem Psalmos Penitenciales, cum Letania pro viventibus; et Placebo, Dirige, et Commendaciones solitas pro defunctis.

De Nomine Mansionis Scolarium.

Et, quia dicti Scolares ex sumptibus et providencia Domini Walteri de Stapeldone, nunc Exoniensis Episcopi, sunt fundati, Locus in quo dicti Scolares in eadem Universitate morantur ad presens, vel morabuntur in futurum, Aula de Stapeldone Halle, quamdiu ibidem manserint, nuncupetur. Et, quia locus [non] sanctificat hominem, set homo locum, non persone a loco set locus a personis eorundem Scolarium ibidem degencium nomen nunc de cetero sorciatur; et

quociens locum mutaverint tociens locus ad quem accesserint, omisso priori nomine, Aula de Stapeldone Halle occasione dictorum Scolarium communiter appelletur.

De Exhibicione Scolarium.

Percipiat, autem, quilibet Scolaris, inter quos numeretur idem Presbiter, singulis septimanis decem denarios pro communa, et predictus Rector ultra communam predictam viginti solidos, et idem Presbiter viginti solidos, et quilibet alius Scolaris decem solidos, annis singulis, temporibus secuturis. De quibus non in principio set in fine anni, videlicet in consueta resumpcione Magistrorum post Festum Sancti Michaelis, eisdem plenarie satisfiat; hoc adjecto quod, si Rector, Presbiter, vel aliqui alii Scolares, non per annum integrum, set forsan per ultimam partem anni in suis officiis ibidem moram traxerint, pro rata ejusdem temporis inde sibi satisfiat, porcione illius qui ante finem anni cesserit vel decesserit, vel alias amotus fuerit, ad communem utilitatem convertenda, reservata. Et, ut dicti Scolares Domos quas inhabitant habeant absque onere liberas et quietas, ad ipsarum Domuum reparacionem et sustentacionem convertatur Pensio Aule de Herthalle, ipsis Scolaribus appropriate, deductis prius oneribus et sustentacione ejusdem Aule. Cetera, vero, tam mobilia quam immobilia eisdem Scolaribus collata, vel que conferentur a Christi Fidelibus in futurum, et residuum Pensionis predicte Aule de Hertehalle, si quod fuerit, ad ipsorum sustentacionem, ut premittitur, custodiantur et, eciam, convertantur.

De Absencia Scolarium.

Habeat, autem, quilibet eorum tempus quatuor septimanarum, continue vel interpollatim, per annum, ad visitandum amicos et parentes suos, et alia negocia sua disponendo, si voluerit; et, tempore hujusmodi absencie, percipiat sicut alii Scolares tunc presentes. Si, vero, per diffusius tempus, ex quacumque causa, eciam necessaria vel probabili, absens fuerit, pro tempore hujusmodi absencie ultra predictas quatuor septimanas ab hujusmodi percepcione sit exclusus, et porcio a qua excluditur communi utilitati accrescat Scolarium predictorum. Qui, vero, per quinque menses in anno, continue vel interpollatim (*sic*), ex quacumque causa excepta gravi infirmitate, ut premittitur, se absentat ab omni jure quod habuit in Societate et Aula predictis, ipso jure sit privatus. Possit, tamen, eo non obstante, iterato eligi et prefici ibidem, in Forma predicta, si eisdem Scolaribus id videbitur faciendum. Absens, tamen, pro communibus negociis, de communi consensu, non absens set presens, quantum ad percipienda, debet non immerito reputari.

De Subrogacione Rectoris, vel Scolaris, cedentis vel decedentis.

Cedente, vero, decedente, vel alias ammoto Rectore predicto, vel aliquo alio de eisdem Scolaribus, quacumque hora anni inter consuetam resumpcionem Magistrorum post Festum Sancti Michaelis et cessacionem eorundem ante tunc sequens Festum Sancti Petri ad Vincula, infra octo dies alius in locum cedentis, decedentis, vel ammoti, in forma predicta subrogetur. Set, si tempore Vacacionis Autumpnalis, videlicet inter predictam cessacionem Magistrorum ante Festum Beati Petri ad Vincula et consuetam resumpcionem sequentem post Festum Sancti Michaelis, quid tale contingat, expectetur tempus consuete resumpcionis post Festum Sancti Michaelis, antequam alius subrogetur. Et, si Rector tempore dicte Vacacionis cesserit vel decesserit, antiquior Scolaris, usque ad tempus dicte resumpcionis et prefeccionis novi Rectoris, gerat vices ipsius, et extunc ad subrogacionem alterius Rectoris, Scolaris, vel Scolarium, infra octo dies, in Forma predicta, procedatur; et intelligatur antiquior ejusdem status in omni casu non etate, set qui diucius, a tempore recepcionis sue ultime, steterit in Societate Scolarium predictorum. Ita, tamen, quod Magister Baculario, Bacularius vero Sophiste, in omni casu, preferatur. Item, caligis nigris, vel nigro proximis, utantur; et in omnibus aliis moribus honestati clericali singuli, secundum statum suum, se conforment. Secreta Domus in dampnum vel vituperium Communitatis eorundem Scolarium, vel alicujus ipsorum, extra Communitatem nullus revelet.

De Anno Probacionis.

Porro, sic admissi Scolares sub Probacione remaneant ibidem per annum plenum; quo finito, si non placeat duabus partibus aliorum Scolarium quod morentur

ulterius inter eos, absque alia examinacione cause eiciantur de Domo, et alii ipsorum loco modo consimili assumantur. Caveant, tamen, sibi Scolares predicti ne ex odii fomite eiciant aliquem retinendum; quod si fecerint perjurii crimen incurrant. Remanentes, vero, absque calumpnia et contradiccione duarum parcium, ut premittitur, per annum et decem dies, ex tunc removeri nequeant absque causa legitima, proposita verbo tenus coram Rectore eorum Scolarium et probata. Quod si dictus Rector super hiis necligens fuerit aut remissus, hujusmodi cognicio super ammocione, una cum potestate ammovendi hujusmodi Scolarem, ad Cancellarium Oxonie devolvatur; potestate subrogandi alium loco sic ammoti penes eosdem Scolares totaliter remanente.

De tempore Determinacionis, Excepcionis, et Continuacionis Lecture Magistrorum.

Ad hec, quilibet Scolaris receptus in Societate predicte Aule infra sex annos, quibus continue vel interpollatim Artes audierit, determinet; et extunc infra quatuor annos, vel saltem in Estate proxima post quadriennium completum a tempore Determinacionis, incipiet in Artibus; et tunc legat ordinarie per duos annos continuos, anno in quo inceperit minime computato: set tercio anno extunc sequente utrum legere voluerit vel non ipsius arbitrio relinquatur; set, finito predicto tercio anno, infra quindecim dies Domum exeat, nec ulterius aliquid percipiat ab eadem; et alius junior preficiatur, ut premittitur, loco sui. Idem servetur in quolibet Scolari, quamcito sibi de patrimonio, vel pensione perpetua, valoris sexaginta solidorum per annum, vel Beneficio Ecclesiastico cujuscumque estimacionis vel valoris, ab eodem acceptato, effectualiter sit provisum.

De Disputacione Scolarium, et Lectura Bacularioruin et Sophistarum.

Teneantur, eciam, predicti Scolares in ebdomoda bis disputare, excepta Ebdomoda Natalis Domini et Pasche; ita, tamen, quod semper tercia vice disputent Naturalia, seu Questiones Naturales, et duabus vicibus Logicalia; proviso quod in singulis Disputacionibus omnes Magistri Regentes et Scolares dicti Aule intersint, nisi per causam racionabilem, per Rectorem eorum approbandam, fuerint impediti. Ita, tamen, quod in Disputacione Sophismatum levior excusacio Magistri Regentis quam aliorum admittatur. Legant, eciam, predicti Scolares in statu Sophiste, vel Bacularii, Abstracciones, Obligaciones, Cynthategrammeta,[1] Circasigna, si, prout, et quando Rectori eorundem videbitur expedire; necnon, Logicalia et Naturalia, secundum consuetudinem Universitatis hactenus observatam.

De datis vel legatis Scolaribus.

Ad hec, data, legata, seu quovis alio modo inter vivos vel in ultima Voluntate assignata Communitati eorundem Scolarium, non ad utilitatem singulorum set tocius Communitatis, puta ad augmentacionem numeri eorundem Scolarium, vel ad empcionem librorum vel aliorum ipsi Communitati utilium convertantur; nisi per dantem vel legantem lex alia imponatur. Idem fiat de toto residuo ultra communam et alia stipendia annua supradicta.

De communi Cista et ejus custodia.

Habeant, eciam, communem Cistam, pro Cartis, Libris, Munimentis, et hujusmodi residuis custodiendis, cum tribus seruris et clavibus. Et unam clavem custodiat Rector, aliam Scolaris antiquior, et terciam Presbiter dicte Aule.

De augmentacione, diminucione, et declaracione Ordinacionum premissarum.

Preterea liceat Episcopo Waltero Exoniensi qui nunc est, qui dictam Domum seu Aulam fundavit et sustentacionem Scolarium providit, omnibus diebus vite sue, predictis Ordinacionibus addere et easdem minuere; ipsas, eciam, declarare,

---

[1] Perhaps "Syncategoremata," on which Friar Bacon is said to have written; Gutch, i, 344.—*Register of Exeter College* (C. W. Boase), p. vi (*note*).

mutare, et interpretari, si, prout, et quando, sibi placuerit et videbitur expedire.

De juramento Scolarium.

Cum, autem, aliquis Scolaris ad Societatem predicte Aule, ut premittitur, sit recipiendus, in recepcione sua, primo die, coram Rectore et tribus ad minus vel pluribus Sociis, tactis Sacrosanctis Ewangeliis, corporale prebeat juramentum quod predictas Ordinaciones, et omnes alias per eundem * * Episcopum super statu et regimine predictorum Scolarium faciendas, necnon Statuta Communitatis eorundem Scolarium de communi et unanimi consensu edita et edenda, et Ordinacionibus ipsius * * Episcopi non contraria, in se ipso fideliter observabit, et faciet ab aliis pro viribus observari; et quod jura, libertates, et possessiones predictorum Scolarium, necnon statum ipsius Aule et eorundem Scolarium, in quemcumque statum devenerit, vero consilio et auxilio manu tenebit pro viribus et defendet.

Quas, quidem, Ordinaciones, per predictum * * Episcopum factas, predicti Rector et Scolares de Stapeldone Halle acceptarunt, approbarunt, et se ad earum observacionem obligarunt.—In cujus rei testimonium predicti * * Episcopus, Rector, et Scolares, de unanimi consensu eorum, sigilla sua huic Scripture apponi fecerunt.—Datum[1] die Lune proxima post Festum Sancti Georgii [26 April], Anno Domini Millesimo tricentesimo sexto decimo.

De Visitacione super statu et regimine predictorum Scolarium.

Et, ut hec et omnia alia circa statum et sustentacionem predictorum Scolarium ordinata futuris temporibus firmiter observentur, liceat Episcopo Waltero Exoniensi qui nunc est, et suis Successoribus Episcopis Exonie, per se, vel alium quem ad hoc duxerit deputandum, singulis annis, statum dictorum Scolarium videre, ac eciam raciocinia anni precedentis, que compendiose in scriptis redigi voluit, singulis annis revolvere; ut sic certificari valeat super dictorum Scolarium regimine, et qualiter Statuta et Ordinaciones predicti Episcopi aput eos fuerint observata, sicque neglecta puniat, errata emendet, supplenda suppleat, et secundum Deum et justiciam corrigat corrigenda.—*Archives of the D. and C., No.* 3625, *folios* 178, 182].

Doubts having arisen as to the interpretation of these Statutes, the Bishop issued an Ordinance on the 8th of April, 1322, for the settlement of the Five Points submitted to him, –

1.—"Declaramus quod habilior, condicionibus superius annotatis, de aliquo de tribus Archidiaconatubus predictis in Devonia semper aliis preferatur; quodque intencio eligencium magis ad ydoneitatem persone eligende quam ad aliquem certum Archidiaconatum de predictis tribus Archidiaconatubus dirigatur; et per hoc consciencia eligencium vel eligentis informetur: dum, tamen, sint octo Scolares de predictis tribus Archidiaconatubus, duobus, aut uno eorundum.

2.—Quod, si aliqua dissencio sit inter Rectorem ipsum et aliquem de Scolaribus memoratis, ex contractu vel quasi, aut ex delicto vel quasi, ortum habens, sive Rector sit actor sive reus, cum ipse in causa sua propria judex esse nequeat, ad Cancellarii judicium est in eo casu licite recurrendum; a quo appellari poterit si oporteat, sicut est in Universitate Oxoniensi consuetum, et hoc nisi hujusmodi dissensionis materia per viam arbitrii vel composicionis amicabilis per alios Scolares predicte Aule ibidem valeat terminari, quod utique honestius et utilius reputamus.

3.—Quod omnes Scolares infra ambitum Archidiaconatus Cornubiensis, sive de nostra sive de alterius cujuscumque Jurisdiccione Peculiari oriundi existant, sunt, et esse debent, ut puta de Archidiaconatu Cornubiensi eligendi.

4.—Quod per absenciam alicujus Scolaris, per verba Statuti premisssa, videlicet per quatuor septimanas per annum, nichil sibi de decem solidis, in fine anni percipiendis, minuetur; si sua absencia quatuor septimanas

---

[1] We are not told *where*. The Bishop was at Faringdon (*Hants*) on the 12th of April, and in London on the 29th, and there are no Entries for the intervening days.

excedat in anno, tunc, pro rata temporis quod excesserat, fiet diminucio de decem solidis antedictis.

5.—Quod, si aliquis Scolaris, infra spacia temporis in quibus determinare vel incipere debet, per Formam Statuti predicti, per quatuor septimanas vel minus, semel, bis, vel pluries, et uno anno una vice infirmetur, illa infirmitas terminum Determinacionis vel Incepcionis minime prolongabit; si, autem, per majus spacium quam quatuor septimanas, semel, bis, aut pluries una vice in uno anno fuerit ita graviter infirmatus quod vacare non poterit actibus scolasticis et scolastice discipline, tempus Determinacionis et Incepcionis pro rata illius temporis quod excessit, ex dispensacione Rectoris et majoris partis eorundem Scolarium, poterit si oporteat prolongari; ita quod, facta hujusmodi prolongacione pro rata temporis supradicti, determinabit vel incipiet ille qui sic infirmatus fuerit, illo anno vel sequenti, quam cito comode fieri poterit, captata opportunitate determinandi vel incipiendi secundum morem in predicta Universitate.

On the 19th of July, 1325, the Bishop issued his Rescript for certain additions to be made to his Statutes,—

1.—"Sub Rubrica *De Subrogacione Rectoris, vel Scolaris, cedentis vel decedentis*:— . . . Item ordinamus . . . quod omnes Scolares dicte Aule, vocem in Eleccione Rectoris ipsius habentes, tempore de quo in Statuto predicto fit mencio, in ipsa Eleccione . . . personaliter sint presentes; alioquin illi qui taliter presentes fuerint ad Eleccionem Rectoris ipsius juxta traditam eis Formam procedant, aliorum Scolarium tunc absencium nullatenus expectata presencia vel absencia excusata; iidemque absentes voce in Eleccione hujusmodi careant ea vice, et nichilominus communas suas per duas septimanas postquam ad dictam Aulam redierint amittant, nisi iidem absentes eo tempore extra Municipium Oxoniense antedictum, ex infirmitate vel aliis impedimentis legitimis, detenti fuerint quo minus eidem Eleccioni potuerint, ut premittitur, interesse; quo casu, facta fide super hujusmodi impedimento coram Rectore et duobus ad minus Sociis, Scolaribus dicte Aule, si voce in Eleccione, ut predicitur, careant ea vice, nolumus, tamen, quod suas hujusmodi communas amittant; set ipsis, postquam redierint, ut est dictum, de communis suis in eo casu sicuti aliis satisfiat.

2.—Sub Rubrica *De Disputacione Scolarium*:—Ordinamus quod, ex vi Statuti iidem Magistri et Scolares in inicio Disputacionum hujusmodi intersint eisdem, et morentur quousque eedem Disputaciones finiantur omnino, nisi forsan aliquis ipso quoad hoc fuerit legitime impeditus circa ipsius Aule negocia necessaria seu utilia, hic existens vel alias absens fuerit ex causa racionabili, per Rectorem seu vices ipsius gerentem, ut premittitur, approbanda.

3.—Item, . . . ordinamus et statuimus quod nullus de Magistris seu Scolaribus dicte Aule extra septa ejusdem Aule de cetero pernoctare presumat, dum in Universitate Oxoniensi moram facit, nisi ex causa racionabili predicta; [nec] Scolares extranei ad inhabitandum, nisi de consensu omnium Scolarium dicte Aule, vel saltem duarum parcium eorundem, de cetero admittantur, et nisi de nostra consanguinitate vel familia fuerint, cum illud nobis quoad tales specialiter ordinare liceat, qui circa Fundacionem dicte Aule graves sustinuimus labores, ut premisimus, pariter et expensas.

4.—Item, . . . ordinamus et statuimus quod, cum infra septa dicte Aule Capella, pro Divinis Officiis celebrandis, situata fuerit, satis decens, cum Libris et Ornamentis sufficientibus pro eisdem, et unus Capellanus ydoneus ad celebrandum in ea Divina Officia specialiter intitulatus, . . . Magistri et Scolares, omnes et singuli, dicte Aule, singulis precipue Diebus Dominicis et aliis Festivis, que a clero et populo solempniter celebrantur, Divinis Officiis in dicta Capella, per Capellanum hujusmodi celebrandis, ab incepcione saltem Misse, cum inibi Diebus hujusmodi Missam celebrari contigerit, quousque Missa ipsa plenarie sit completa, intersint; nisi ex causa racionabili per Rectorem predictum seu gerentem vices ipsius approbanda, fuerint forsitan impediti.

5.—Item, volumus et ordinamus, non ex vi Statuti, set tantummodo ex vi monicionis et precepti, quod, dum iidem Scolares, in majore refeccione et in cena, et in mensa, vel alias, simul fuerint congregati, nullum aliud

ydeoma loquantur, ut communiter, nisi Gallicum aut Latinum; ut, sic, in hujusmodi ydiomatibus facilius exercitari valeant, ad ipsorum non modicum processu temporis commodum et honestatem.

8.—Et, licet in Statuto et Ordinacione de Cista communi Magistri Radulphi Germeyn de decem libris sterlingorum pro eadem Cista fiat tantummodo mencio specialis, . . . declaramus quod eadem Cista fundata extitit, et est, super viginti marcis argenti, de bonis prefati Magistri Radulphi assignatis et liberatis specialiter ad eandem. Unde de residuo ultra memoratas decem libras, volumus et ordinamus quod ita fiat in omnibus prout de dictis decem libris in prefato Statuto plenius est expressum." See the *Register of Exeter College*, by the Rev. C. W. Boase, pp. xl—xliij.

Oxtone, Hugh de, collated to a Prebend in Glasney; 119[b].

Oxtone, Sir James de, Knt., presents to Bridford; 74, 101[b], 130: to Modbury Priory (q.v., *Inst.*); 160[b].

Oxtone, John de, resigns Affeton; 52[b].

P.

Padrida, Andrew de; L 191.

Paignton, the Manor of; *the Bishop and his dependents,*—

MEMORANDUM quod, cum preceptum esset, in autumpno proxime preterito, Johanni le Vage et Willelmo de la Pytte, et ceteris sociis suis ejusdem condicionis, videlicet sexaginta hominibus de Manerio de Peynctone et nativis Episcopi, quod ipsi avenam et ordeum in dominico dicti Domini Episcopi, quam et quod ipsi metere et colligere ex consuetudine tenebantur, ligarent et in garbas redigerent, ad instar siliginis et frumenti, ipsi hoc penitus recusarent. Unde ballivi Episcopi ibidem hujusmodi bladum ordei et avene sumptibus Episcopi ligari fecerant competenter. Set postea, cum dicti sexaginta homines in colleccione et cariacione dicti bladi, garbas prius ligatas ex certa sciencia et malicia dissolverunt et per campos sparserunt, aliqui, eciam, ipsorum hujusmodi minas publice intuleruut, quod si quis ad ligandum hujusmodi generis bladum manus apponeret interficeretur in campis ab eisdem; adicientes unanimiter quod de consuetudine dicti Manerii hujusmodi blada sumptibus dictorum hominum ligari non deberent, set pocius uniri et cariari non ligata. Propter que predicti sexaginta homines, secundo die Mensis Octobris, in cimiterio Ecclesie de Peynctone, Anno Regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi tercio, et Consecracionis Domini Walteri, tunc Exoniensis Episcopi, primo, coram eodem Episcopo comparentes, et super predictis contemptibus per eundem Episcopum increpati, fatebantur omnia premissa ita esse; asserentes quod de consuetudine ejusdem Manerii predicta blada ligare aliqualiter non debebant. Predictus, vero, Episcopus asseruit quod predicti homines, cum eorum sequela, nativi Exoniensis Ecclesie et sui fuerant, et quod omnia catalla que ipsi tenuerant erant ipsius Episcopi, et quod terram suam tenebant ad voluntatem ipsius Episcopi et non aliter; injungens eis quod super hiis dicerent veritatem et emendam facerent competentem. Quibus actis, predicti sexaginta homines omnia predicta et singula per eundem eis imposita fatebantur undique esse vera, et quod corpora et catalla et terre ipsorum fuerunt totaliter in voluntate dicti Episcopi, et quod facerent pro viribus omnia servicia pro corporibus et tenementis suis per eundem Episcopum vel Successores suos eisdem imponenda; vadiantes sibi omnes sumptus circa ligacionem dictorum bladorum impositos, et decem libras pro emendis. Omnia, eciam, tenementa sua eidem Episcopo reddiderunt, juxta condiciones per eundem Episcopum et suos ballivos imponendas, si Episcopo placeret iterum capienda. Predictus, vero, Episcopus, hec sibi vadiata admittens et reddicionem tenementorum acceptans, post aliquod intervallum cuilibet eorum tenementum quod prius tenuit restituit, tenendum ad ipsius voluntatem pro redditu et servicio per eundem imponendis [1309]; 11[b].

Paignton, John le Gersome (q.v.) and Isabella Gerveys, of; 109.

Papillun, Roger, *see* Bosham; 28.

Paris; Priory[1] of St. Martin-in-the-Fields, near; *see* Exeter, St. James's Priory (*Inst.*); 85[b].

Parys, John, inst. to Sydenham-Damarel; 112[b].

Paris, John, collated to St. Kea; 160.

Parys, William de, of London, *draper*; L 193, 213.

Parke, William de; L 191[b].

Parkere, John le, inst. to Dunkeswell V.; 44[b].

Parkham; John Moriz, R. of,—

Licence of non-residence, till Michaelmas, 1311, to study in Theology or Canon-Law (25 Feb., 1309-10); 47[b].

Parliament,—

The Bishop appoints John de Brueton and Robert de Stapeldon, Canons of Exeter, his Proctors therein, "octavo Idus Novembris" (6 Nov.), 1308; 36[b].

—*Procuratorium ad Parliamentum*,—

The Bishop excuses himself from attendance in the Parliament to be held at Lincoln "die Dominica proxima post Festum Beate Marie Magdalene [23 July]," and appoints John [de Drokenesforde], B. of B. and W., David, Bp. of St. David's, and Thos. de Loggore, Canon of Wells, his Proctors (14 July, 1312); 72.

Pasforde, John de, *see* Eggebyare, Robert de; 59[b].

Parrecumbe (*also* Piarrecumbe), Andrew de; L 195[b]. *See* Exeter, St. James's Priory (*Inst.*); 85[b].

Pastone, Benedict de, promoted (by Papal Provision) to a Prebend in the Cathedral; 140: *see* Exeter, Canons of (*Inst.*); 84[b]: Uphavene; 117.

Pateneye, Philip de, Proctor for John de Carente; 61.

Patrica, Robert de, R. of Faringdon[2] (*Hants*); 63, 80: *see* Rome, Court of; 122.

Pauncefot, William, (late) Canon of St. Crantock; L 209.

Paxtone, Ralph de, V. of Camel-Queen's (*Somerset*); L 211[b].

Paxtone, Richard de, V. of Somerton; *ibid.*

Pedertone, Walter de; (*Ord.-Pris.*) 226.

Pedertone, Wm. de, Priest-Vicar of Exeter (q.v.,—St. Mary-Major); 113[b]. *See* Uphavene; 118.

Pees, Robert, Priest-Vicar of Crediton; 67[b].

Pekyngehulle, Henry de, inst. Prior of Pilton; 112[b].

---

[1] Following Dr. Oliver I have hitherto called this House an "Abbey." But a courteous correspondent, Mr. C. T. Boothman, has pointed out to me that this is a mistake. It was a "Priory," as were all, or nearly all, the other Houses of the Cluniac Order. The Mother and ruling House of Cluny, was an Abbey. St. Martin's stood without the *antient* Walls of Paris.

[2] Inst., in 1314, to Cheverel Magna (*Wilts*), on the presentation of Edmund Gascelin.—F.J.B.—*See* p. 217.

Pembroke, Aymer de Valence, Earl of; L 206.

Pen, Walter, inst. to Pelynt; 176.

Pendrim, the Manor of, *see* St. Martin's-by-Looe; 56[b].

Penfren (*or* Penfern), Matthew de, inst. to St. Ruan-Minor: 82[b]; L 192[b].

Penfenten, John de, inst. to East Antony, 43[b]; deceased, 151; L 210.

Penhalym, Manor of, *see* Bello Prato (*Oratories*); 142.

Penhalou, John de; L 213.

Penhawgar (*in Menhenyot*—"Penhaueger," MS.); L 199[b].

Penildes, Warine de, inst. to Westleigh; 53.

[Penkayron, Richard, "Exon. Dioc., cum dim. Loci Episcopi, ad titulum annui redditus v marcarum, de quo cartam exhibuit, et se in possessione existere, juramento prestito, asserebat". Ordained subdeacon in Lambeth Chapel, by Abp. Walter Reynolds, on the Vigil of Trinity Sunday (28 May), 1317 (*Reg. Reynolds*, fol. 177[b].)—F.J.B.]

Penkeschepens, Hugh; L 188[b].

Penleyn, Roger de, Proctor for Wm. de Campo Arnulphi; 120[b].

Penleyn, William "*dictus* Cocke," of; 131.

Pennart, Nicholas de, inst. to Morval; 42[b].

Pennarthe, William de, of Oxford; L 214[b].

[Probably the William Pennard who witnessed a Deed of Agatha, widow of William de Tautone, at Oxford, 6 May, 1323 (*Regist. Coll. Exon.*, by C. W. Boase, page 170).]

Penres, Reginald de, presents to Grade; 119[b].

Penryn, Roger de, R. of Dolton, deceased; 105.

[Penros, Herveus de, "Exon. Dioc., per dim.,—

Ad titulum Philippi de Bartone, Archidiaconi Surriensis". Ordained subdeacon by Abp. Walter Reynolds, in Lambeth Chapel, on the Vigil of Trinity Sunday (v Kalend. Jun.), 1317 (*Reg. Reynolds*, fol. 177).—F.J.B.]

Penrys, John de, presents to Martinhoe; 84[b].

Pentelowe, Rob. de, inst. to Stoke-Fleming; 70, 127, L 213.

Penwires; L 215[b].—Penwres, Philip de; L 192[b].

Penyles, David de, R. of Harford; 36, 42, 67, 183[b],—

On 18 May ("Die Sancte Trinitatis, videlicet xv Kalendas Junii"), 1315, the Official-Principal received a Royal Mandate, addressed to the Bishop—"quod venire faciatis coram Justiciariis nostris, apud Westmonasterium, a die Sancti Michaelis in xv dies, David de Penylles, clericum vestrum, ad respondendum Willelmo de Stoweforde, clerico, de Placito quod reddat ei quadraginta solidos quos ei debet et injuste detinet, ut dicit; et unde Vicecomes noster Devonie mandavit Justiciariis nostris apud Westmonasterium, a die Pasche in tres septimanas, quod predictus David clericus est, et non habet laicum feodum in Balliva sua ubi potest summoneri. Et habeas ibi hoc Breve.—Teste W. de Bereforde, apud Westmonasterium, primo die Maii, Anno Regis nostri octavo; 105, L 206[b].

Penyles, William de, *see* Aleborne ; 44.

Perchenhale, Richard de, inst. to Powderham ; 154[b], 159[b], 184[b].

Peretone, Margery de ; L 202[b].

Pieres (*also*, Perys), John, inst. to Alwington ; 172, 174[b], 184.

Peres (Perys *or* Pers), Thomas, inst. to Pillaton ; 114[b], 123, 130, 142[b], 158[b] : Proctor for Wm. de Carru ; 142[b].

Perinacote, Jordan de, *see* Haldesworthe, Baldwin de ; 151[b].

Pernegarde, Richard, *see* Thorney ; 76.

Perot, Peter, Canon of St. Buryan, deceased ; 128[b], 162.

Perschete, Sir Nicholas, Knt., *see* Axmouth (*Inst.*) ; 156.

Pessaigne, Antony, Merchant ; L 207[b].

Peter-Tavy [Ecclesia de Tavi Petri, MS.],—

Sir John de Miletone, priest, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study, etc. (7 Nov., 1321) ; 162[b].

Peter's-Pence ; *Acquietancia de Denariis Beati Petri*,—

Received of the Bishop twenty-seven pounds, fifteen shillings, sterling, being the amount due for the years, 1314, 1315, and 1316, and claimed by William de Balaeto, Archdeacon of Cividad di Friuli [Forojuliensis, MS.] and Papal Nuncio (26 March, 1317) ; 118.

Petre, John, *see* Consistory Court ; 172[b].

Peticreu, Thomas, *see* Faber, John ; 55[b].

Petipas, John, Priest-Vicar of Crediton ; 67[b].

Petit, Hugh le (son of Sir Michael), *see* Trevarthian ; 100.

Petit, Sir Michael, Knt.,—

MEMORANDUM quod eisdem die et loco [22 Aug., 1315—in the Church at Glasney], comparuit Dominus Michael *dictus* Petit, Miles, principaliter, et Robertus de Tregedel ac Petrus Cleer, manucaptores ejusdem, coram Episcopo ; qui, quidem, Michael, Robertus, et Petrus, obligarunt, et quilibet eorum obligavit se in solidum, in xx libras sterlingorum, solvendas ad Fabricam Ecclesie Exoniensis, vel ad alia opera caritatis, prout prefatus Episcopus voluerit super hoc ordinare, si de cetero prefatum Dominum Michaelem de adulterio cum quadam in Baptismo Agnete, et in Episcopali Confirmacione Johanna, Engeleis communiter nuncupata, post et ante abjuracionem super hoc factam per eundem commisso, judicialiter seu alio quovis modo convinci contingat. Ad cujus peccunie solucionem faciendam, ut premittitur, iidem Dominus Michael, Robertus et Petrus, de ipsorum voluntate et expresso consensu, et singuli eorum in solidum, in eventu conviccionis predicte, extiterant judicialiter condempnati. Que omnia et singula in quadam Litera Obligatoria predictorum Michaelis, Roberti, et Petri, in custodia prefati Episcopi remanens (*sic*), plenius continentur ; 108.—*See*, also, L 211[b], 215.

Petit Prust, Geoffrey le, Priest-Vicar of Crediton ; 67[b].

Petrockstowe,—

Master John Pollard, R.,—"Licencia commorandi in obsequiis Magistri Willelmi Pollard, fratris sui," till Michaelmas, 1320,—"in loco, tamen, honesto, ubi dicti Willelmus et Johannes de ipsorum mutuo consensu duxerit eligendum (21 May, 1319) ; 141: again, "Licencia standi in obsequiis Magistri Willelmi Pollard, fratris sui, pro suis et Ecclesie sue negociis procurandis,"—till Michaelmas, 1322 (16 July, 1321) ; 159.

Philippa, Queen of Edward III., *see* Hainault ; 142.

Philleigh [Eglosros, MS.],—

Sir John de Resueydon; R.,—Licence of non-residence till Michaelmas [no reason assigned], 30 Dec., 1319,—"xx solidos"; 145b: renewed, 9 Sept., 1320; 151.

Pidele; *Caucio Nicholai Martyn, de Pidele,*—

Walterus, etc., Nicholao Martyn, de Pidele, salutem, etc.—Cum pro Manerio de Nonyngtone et terris de Maneworthe et de Horigdone, nobis et Domino Ricardo de Stapeldone, Militi, fratri nostro, ex assignacione Domine Cristine, que fuit uxor Domini Edmundi de Wilyngtone, Militis, defuncti, ac eciam pro Manerio de Lillesdone, cum feodis Militum pertinentibus eidem, nobis et Johanni Prodhomme, ex assignacione dicte Cristine—que, quidem, Maneria, terras, et feoda tenetis ad terminum vite vestre, vos attornaveritis et fidelitatem feceritis, prout in Literis vestris Patentibus, nobis inde confectis, plenius continetur; nos, nolentes quod vos, pretextu hujusmodi attornacionis seu fidelitatis, ut premittitur factarum, dampnum senciatis inposterum aut gravamen, vobis fideliter et bona fide promittimus quod erga quoscumque, cujuscumque condicionis existant, occasione predictarum attornacionis et fidelitatis, indempnes conservabimus, et ad id nos, et omnia bona nostra mobilia et immobilia, tenore Presencium, obligamus.—In cujus rei, etc.—Datum Londoniis, xxiij die mensis Maii, Anno Regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, decimo septimo [1324]; 180b.

Pictone, Richard de, *see* Consistory Court; 172b.

Piderwine, John de, clerk; (*Ord.-Pris.*) 236b.

Pillaton [Piletone, MS.], Master Thomas Pers (*or* Perys—*see* "Inst."), subdeacon, R.,—

Licence of non-residence, to study, etc. (12 Sept., 1316); 114b: again (priest—19 Oct., 1317),—"dimidiam marcam"; 123: renewed (25 Sept., 1318), —"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 130: again (20 Sept., 1319); 142b: again (23 June, 1321); 158b.

Pillonde, William de (*see* "Wills"—Fuiz Payn); L 214.

Pilton, William [de Wrockeshale], Prior of,—*Monicio*:—

Sexto Kalendas Januarii (27 Dec., 1311), Dominus monuit, per Literas suas, Dominum Willelmum, Priorem de Piltone . . sub debito Obediencie sue et sub pena Excommunicacionis, quam in personam suam in Scriptis tulit si Monicionibus suis non paruerit, ne a Prioratu suo recederet, Licencia Domini seu consensu suo non optentis; 67.

—The Prior and Convent present to Ashford; 69.—*See* Charles; 121.

Piltone, John de, *see* Consistory Court; 172b.

Piltone, Robert de, inst. to Ashford; 69.

Pykeney, Henry de, resigns Honiton, and is collated to the Precentorship of Crediton; 101b: deceased; 154b.

Pipart (*or* Pipard), John, presents to Charleton; 69: North Bovey; 128, 131: Tetcott; 49.

Walterus, etc. Officiali Peculiaris Jurisdiccionis salutem, etc.—Licet karissimus filius et amicus noster, Dominus Adam de Carletone, Archidiaconus Cornubie, inceperit contra nos, per aliqua tempora, ut asseritur, aliqualiter rebellare, postea tamen, saniori ductus consilio, super omnibus discordiarum materiis nostre Ordinacioni simpliciter se submisit; hinc est quod nos, attendentes quod nobile genus vincendi sit ignoscere in quolibet presidente, dictum Archidiaconum Officialem, et Ministros suos, sub certa forma secrecius inter nos prelocuta, in nostram recepimus amiciciam specialem. Cum, igitur, id quod a Patre et Domino, sub spe pacis et caritatis, fideliter et feliciter prelocutum est debeat a filiis et subditis fideliter observari, vos attente rogamus, mandantes quatinus, predictum Archidiaconum, Officialem, ministros, et familiares suos, in similem amiciciam recolligentes, et ab aliis filiis, subditis, et amicis nostris modo simili recolligi procurantes, in hiis que coram vobis agenda sunt eidem Archidiacono, Officiali suo, et ministris suis absque juris et Partis injuria, favorem et graciam impendatis. Speramus, enim, indubitanter quod idem Archidiaconus, per se et suos, erga nos et nostros sic se habebit in futurum quod de ipsius obediencia, devocione, et benevolencia merito debeamus commendare. Propter que cupientes eidem Archidiacono graciam facere specialem, vobis mandamus quatinus ab omni excercicio Jurisdiccionis Archidiaconalis in populo Parochialis Ecclesie Sancti Carantoci et Capelle Sancte Columbe Minoris, in quibus dictus Archidiaconus Jurisdiccionem Archidiaconalem ad se asserit pertinere, abstineatis, et a quibuscumque Commissariis nostris et vestris in hac parte faciatis penitus abstineri; ipsum Archidiaconum in hiis Jurisdiccionem Archidiaconalem per se et suos excercere libere permittentes. Scire, tamen, vos volumus quod

non est intencionis nostre quod dictus Archidiaconus, per se aut ministros suos, in Decanum, Canonicos, aut Vicarios Ecclesie nostre Collegiate Sancti Carantoci Jurisdiccionem aliquam habeat vel excerceat, quousque per nos de consensu Capituli nostri Exoniensis, aliter fuerit ordinatum. Set, ne idem Archidiaconus effectu excercicii Jurisdiccionis in populum careat propter defectum ministrorum, placet nobis et permittimus quod presbiter populo deserviens in Ecclesia Sancti Carantoci, vel clericus ejusdem, et presbiter populo deserviens in Capella Sancte Columbe Minoris, in Capitulis ejusdem Archidiaconi compareant, ad Citaciones et alia que ad Jurisdiccionem Archidiaconalem pertinent canonice respondeant, et quod incumbit faciant, quousque aliter super hiis, ut premittitur, fuerit ordinatum. Datum apud Stockwille juxta Londonias, decimo nono die mensis Februarii (1314-15); 104b.—*See* St. Newlyn; 52b.

St. Creed; Sir Peter de Stanes, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study, etc. (25 Sept., 1319),—"et dabit xx solidos"; 143.

St. Cury—Capella Sancti Corentini,—

Herveius occurs as Chaplain 1 March, 1309-10 (*see* "Confessions"); 48.

St. David's [David Martin], Bishop of, *see* Slapton; 40b: Harford; 183b.

St. Dominick [Ecclesia Sancte Dominice, in Haltone, MS.],—

Sir Walter de Bodekysham, R.,—Dispensation: non-residence for two years, from Michaelmas, "quod per idem tempus intendere valeat obsequiis Domini Ricardi de Grey, Militis; et promisit idem Rector de dono suo gratuito, quolibet anno de dictis duobus annis, ad Fabricam Ecclesie Exoniensis j marcam (3 Sept., 1310); 54b: also,—"Licenciatus fuit (10 Sept., 1312), per Episcopum, ad instantem peticionem Domini Johannis de Somery, ut possit insistere obsequio suo per biennium, a Festo Sancti Michaelis"; 73b: also, Licence of non-residence—"ad instanciam Magistri Willelmi de Birstone, Archidiaconi Gloucestrie, . . . standi in obsequio ipsius Magistri Willelmi," till Michaelmas, 1317 (22 Feb., 1315-16); 111b: also, "ad instanciam Domini Walteri de Norwico, Militis, . . . standi in obsequiis ejusdem Domini," till Michaelmas, 1320 (24 May, 1319); 141.

St. Endellion, the Collegiate Church of,—

Robert de Polhorman, Prebendary of,—Licence of non-residence till Michaelmas, to study, etc. (29 Dec., 1308); 37b: renewed till Easter, 1310 (14 Oct., 1309); 44b.

St. Erme [Sancti Ermetis de Poudre, MS.],—

Master Michael de Kerneke, clerk, R.,—for a year, to study, etc., and he was to take subdeacon's Orders within the year (26 Sept., 1319); 143.—Ralph de Kernike, clerk, R.,—non-residence for a year, to study, etc. (20 Oct., 1323),—he was to take subdeacon's Orders within the year; 177: renewed (subdeacon), for two years (12 Nov., 1324); 182.

St. Ervan; *see* "Dedications"; 128.

Adam, *dictus* le Gyv, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1310, to study, etc. (11 June, 1309); 41b.—Master Ivo de Eglosheil, clerk, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1321, to study, etc.,—he was to take subdeacon's Orders (20 Oct., 1320); 152b: renewed (deacon) till Michaelmas, 1322 (14 June, 1321); 158.

St. Eval: *Ordinacio super Ecclesia Sancti Uveli, facta per Dominum Anno Domini M°. CCC^mo^. vicesimo secundo,*—

MEMORANDUM quod, cum inter . . . Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Exoniensis, Ecclesiam Sancti Uveli, in Cornubia, . . . in proprios usus optinentes, ex parte una, et . . . Magistrum Rogerum de Porquin, ejusdem Ecclesie Sancti Uveli nunc Perpetuum Vicarium, ex altera, litis et discordie materia super refeccione, reparacione, emendacione, et sustentacione Cancelli Ecclesie

. . . ac, eciam, super invencione, refeccione, et reparacione Librorum et ceterorum ejusdem Ecclesie Ornamentorum omnium et singulorum, ad ipsius Ecclesie Parochianos non pertinencium, fuisset suborta; comparentibus, demum, coram nobis . . . in Majori Ecclesia Exoniensi, Loco Consistorii in judicio, ubi jus reddi consuevit, pro tribunali sedentibus, die Jovis proximo post Festum Sancte Agathe Virginis [10 Feb.], Anno Domini M° CCC^mo xxij^do [1322-3], predictis Dominis Decano et Capitulo per Nicholaum de Durneforde, Procuratorem eorundem, ex parte una, et dicto Magistro Rogero, Vicario, personaliter ex altera, super hujusmodi litis et discordie materia, nostris Ordinacioni, Declaracioni, Voluntati, Pronunciacioni, Diffinicioni, et Sentencie, hinc et inde se pure, sponte, et absolute, et simpliciter, submiserunt, promittentes se ibidem in judicio, coram nobis, quod quicquid nos in ea parte ordinaremus, etc., eedem Partes, quatenus ad ipsas et ipsarum singulas attineret, perpetuis futuris temporibus observarent. Nos, vero, pro bono pacis et concordie inter Partes predictas super premissis in perpetuum optinende, necnon litibu set discordiis que inter Partes predictas occasione premissorum sunt hactenus suscitate exnunc perpetualiter sopiendis, hujusmodi submissionis onus in nos sponte suscipientes, consideratis in hac parte circumstanciis universis, maturaque deliberacione super hiis prehabita, ordinamus, etc., de ipsius Procuratoris et prefati Vicarii expresso consensu, quod prefatus Magister Rogerus, Vicarius, Cancellum prefate Ecclesie . . . competenter elongabit, seu longiorem fieri faciet, per sex pedes, fenestrasque competentes tam in capite, seu gabulo, ipsius quam in lateribus ejusdem Cancelli, aliosque defectus omnes in eodem Cancello nunc existentes et apparentes, tam in Libris quam aliis Ornamentis omnibus, quorum invencio, emendacio, refeccio, et reparacio ad Parochianos . . . non pertinent, infra annum a proximo Festo Pasche continue secuturum, Libros inveniet, aliosque defectus reficiet, etc., et sufficienter ac competenter in omnibus, suis propriis sumptubus, emendabit, refectosque et emendatos in statu debito sustinebit. Pro quibus omnibus sic, ut premittitur, faciendis, idem Vicarius percipiet ab Executoribus Testamenti bone memorie Domini Thome, quondam Exoniensis Episcopi, proximi Predecessoris nostri, pro cujus obitu tenendo prefata Ecclesia Sancti Uveli dictis Decano et Capitulo appropriata existit, decem libras sterlingorum; videlicet, decem marcas pre manibus, et quinque marcas residuas dictis defectibus, tam in Cancello, Libris, quam aliis omnibus, ut premittitur, sufficienter et competenter per eum emendatis, refectis, et reparatis. Ordinamus, insuper, etc., quod extunc refeccio, etc., dicti Cancelli, invencio et correccio Librorum et aliorum ipsius Ecclesie Ornamentorum, omnium et singulorum, ad Parochianos . . non spectancium, ad dictum Vicarium ipsiusque successores, Ecclesie Sancti Uveli Vicarios, in solidum pertineant, omnibus temporibus secuturis. Premissa, vero, omnia et singula inviolabiliter volumus observari, et ad ea facienda et observanda in omnibus . . . Dominum Thomam de Hentone, Thesaurarium in Ecclesia Exoniensi, unum Executorum Testamenti predicti Predecessoris nostri, tunc presentem, ad satisfaccionem hujusmodi decem librarum, . . . et prefatum Magistrum Rogerum, Vicarium, suo tempore, ejusque successores suis temporibus, in personam ipsius, nomine dicte Vicarie, de ipsius expresso consensu, prefatas nostras Ordinacionem, etc., ratas et gratas habentes, per Precepti Sentenciam condempnamus; decernentes hanc nostram Sentenciam, quociens necesse fuerit, congruis loco et tempore, Ecclesiastica censura qua convenit, fore execucioni debite demandandam.—In quorum omnium testimonio, etc.—Datum et actum die, loco, et anno predictis; 175b.—[The Church has recently been restored; and, in the course of the work, it was not difficult to trace the carrying out of these orders. The addition to the length of the Chancel by exactly six feet was clearly marked].

St. Ewe,—

Sir Ralph de Arundelle, R.,—Licence to put his Benefice out to farm for three years (27 Sept., 1319); 143.

St. Feock; *Ordinacio Vicarie Ecclesie Sancte Feoce,*—

Visitation of the Archdeaconry of Cornwall,—Dispute between Glasney College and Sir Geoffrey, V. of this Parish as to the "Portion" of the latter. The circumstances were the same, *mutatis mutandis*, as in the case of St. Budock (q.v.), except that there had been, in this case, no previous Taxation "in certis Porcionibus"; and the Bishop ordained as follows, viz., that the Vicars "habeant . . . mansum, cum pertinenciis, in quo dictus Dominus Galfridus jam inhabitat, et totum altilagium . . sub quo, inter cetera, decimam feni tocius

dicte Parochie in pratis jam existentibus et faciendis . . ; lini, eciam, canabi, piscium, necnon decimam quarumcumque rerum in curtilagiis jam existentibus et inposterum faciendis crescencium . . cum vangis excultis ; . . [eciam] omnes decimas garbarum de villa de Tregeu, . . ceteris decimis tocius Parochie ejusdem, una cum decimis fabarum, pisorum, vescarum, in campis . . crescencium, Preposito et Capitulo remanentibus antedictis, . . [qui] solvant dicto Domino Galfrido unam marcam argenti, in subsidium etc. ; and so on, as in the case of St. Budock, to the end (23 Aug., 1315); 108b.

St. German's Priory; *Ordinacio Camerarii Prioratus Sancti Germani* :—

Visitation of the Archdeaconry of Cornwall ; the Bishop at St. German's,—" Inter cetera siquidem que in eadem Visitacione comperimus reformanda, id maxime censuimus esse reformandum, videlicet quod, cum Frater Henricus, nunc Prior ejusdem Monasterii, una cum oneribus que sue Dignitati incumbunt, contra Ordinis sui Instituta, seu saltem contra consuetudinem in hac parte hactenus usitatam, Officium Camerarii in eodem Monasterio per se gerat, poterit hujusmodi Camerarie Officium, dicto Priore super hoc absoluto, per unum de Conventu dicti Monasterii honestius, comodius, et decencius quam per Priorem ipsum, non absque causa legitima merito supportari. Nos, igitur, ad ea que Dei sunt nostre mentis intuitum propensius dirigentes, ne disparitatem in prefato Monasterio a ceteris ejusdem Ordinis Monasteriis, contra regularem honestatem et ipsius Ordinis observacionem, relinquamus, cum secundum Statuta Canonica singulis Personis sunt Officia singula committenda, habito super hiis cum eisdem pluribus, Priore et Conventu, diligenti tractatu, de ipsorum omnium et singulorum voluntate unanimi et consensu, volumus et ordinamus quod de cetero Prior ejusdem Monasterii qui pro tempore fuerit eam solum sollicitudinis curam habeat que ad Prioris pertinet Dignitatem, quodque, citra Festum Sancte Fidis, Virginis [6 Oct.] proximo secuturum, Persona de dicto Conventu, in hac parte ydonea, per Priorem Monasterii predicti, de consensu Conventus sui, prout communiter moris est in aliis Locis ejusdem Ordinis, ad gerendum et faciendum Officium Camerarii in eodem Monasterio preficiatur ; et sic deinceps, cum is ita prefectus per prefatum Priorem, ex aliqua causa racionabili seu justa absolutus fuerit ab Officio antedicto, quod alius post eum, celerius quo comode fieri poterit, modo simili preficiatur, perpetualiter observetur. Et, quia modicum videtur Officium aliquid in quocumque loco constituere nisi aliquid assignaretur eidem subsidium temporale, quo mediante possent incumbencia eidem onera debite supportari, idcirco, pro supportandis hujusmodi Camerarii Officii oneribus, subscriptas decimarum porciones de Parochia Ecclesie Sancti German, provenientes, quam quidem Ecclesiam iidem Prior et Conventus optinent in proprios usus, de ipsius Prioris et Conventus predicti expresso consensu, hujus modi Camerarie Officio ex nunc, tenore Presencium, annectimus et eciam assignamus; videlicet, decimas garbarum villarum de Binorchatudi et de Benalvaylond in eadem Parochia, et aliarum villarum que communiter pertinent ad easdem. Ita quod ex nunc eedem decime sumptibus Officii Camerarii predicti collegantur, uniantur, vendantur, et circa onera hujusmodi Officii in dicto Monasterio apponantur prout magis visum fuerit expedire. Volumus, eciam, et ordinamus quod prefectus in hujusmodi Camerarie Officio, ut premittitur, semel in anno, cum id competencius fieri poterit, et tunc per ipsum Priorem et Conventum super hoc requisitus fuerit, de porcionibus decimarum prefato Officio annexis et assignatis raciocinia reddat in presencia eorundem, vel saltem visum in ea parte eis faciat competentem. Et, si quid extunc ultra predicta onera de eisdem porcionibus residuum fuerit, id juxta Ordinacionem Prioris, de consensu Conventus sui, in utilitatem dicti Monasterii convertatur. Cum, vero, in eodem Monasterio Novicii fuerint vel Canonici, ut frequenter accidit, in firmaria racione infirmitatis, seu ex quavis alia causa justa, eorundem Noviciorum dum Novicii fuerint, et Canonicorum dum taliter in firmaria moram fecerint, Porcio debita Priori Loci pro ipsorum singulis, sicut alii Canonici de Conventu in hac parte singulariter percipiunt, a prefato Camerario tribuatur; qui, quidem, Prior eisdem Noviciis et Canonicis in firmaria commorantibus, ut est dictum, interim quoad hoc necessaria subministret. Salva nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exoniensibus, potestate hujusmodi Voluntatem et Ordinacionem nostram augendi, minuendi, declarandi, ipsasque inmutandi in totum, si, prout, et quando viderimus seu viderint expedire.—In cujus etc.—Datum apud Lawittone, ultimo die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo CCCmo quintodecimo ; 109b.

The Prior and Convent presented to Landrake; 41b: Morval; 42b, 182.

St. Giles-in-the-Wood *see* Pollard (*Oratories*); 39b.

St. Gluvias; *Declaracio super Ordinacione Vicarie Ecclesie Sancti Gluviaci* [*in a later hand* "alias Penryn"],—

Universis, etc.—Cum nos, nuper, porcionem fructuum et obvencionum Vicarie Ecclesie Sancti Gluviaci taxantes, inter cetera duxerimus ordinandum quod Vicarius ejusdem Ecclesie inter alia perciperet decimas quarumcumque rerum in curtilagiis jam existentibus et in posterum faciendis crescencium in eisdem Parochiis cum vangis excultis; et inter Prepositum et Canonicos Ecclesie Collegiate Beati Thome Martiris Glaseneyensis, quibus dicta Ecclesia est appropriata, ex parte una, et Vicarium predicte Ecclesie Sancti Gluviaci, ex altera, racione ejusdem Taxacionis et Ordinacionis, dubitacionis et dissensionis materia sit exorta—predictis Preposito et Capitulo minuta curtilagia in quibus cauli, porri, et hujusmodi minuta legumina dumtaxat; predicto, vero, Vicario, eciam majora clausa, in quibus frumentum et alia blada, dum tamen cum vanga excolantur, crescunt, sub predictis Taxacione et Ordinacione contineri asserentibus—Nos, ad peticionem predictarum Parcium hujusmodi dubitacionis et dissensionis materiam decidentes, declaramus, et declarando ordinamus, curtilagia et clausa alia prope mansiones hominum facta et facienda, in forma que subsequitur debere sub predicta clausula intelligi et contineri; videlicet, quod predicti Prepositus et Capitulum percipient in eisdem clausis et curtilagiis dicte Parochie omnes decimas frumenti, ordei hyemalis et Quadragesimalis, pannicli,[1] avene, pisorum, et vescarum, eciam si cum vangis excolantur, et Vicarius predicte Ecclesie, qui pro tempore fuerit, decimas fabarum, et eciam omnium aliorum que in eisdem curtilagiis aut clausis cum vangis excoluntur, et eciam herbe, et pomorum et aliorum fructuum que crescere contigerit in eisdem.—In cujus rei, etc.—Datum Glaseneye, quarto die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo CCC°, octavo decimo; 128. *See* St. Budock: *also*, "Dedications"; 128b.

St. Goran,—

Commission, directed to Ralph Germeyn, Precentor, John de Upavene, Penitentiary, and Rd. de Morcestre, Canons of Exeter (dated 6 July, issued 7 July, 1309); in an Action between Sir Adam de Carletone, Archdeacon of Cornwall and Canon of Glasney, and Master William Rogys, Provost of Glasney, touching the farming of this Benefice; 42.

—Chapel of St. John in this Parish; *see* Bevyle (*Oratories*); 42b.

St. Gwinear [*Nota*: *Ordinacio Vicarie Sancti Wyneri*—Grandisson]:—

Universis etc., Walterus, etc.—Ad Universitatis vestre noticiam deduci volumus per Presentes quod, cum nos dudum Ecclesiam Sancti Winieri, nostre Diocesis, Venerabilibus et discretis Viris, Dominis Decano et Capitulo Exonie, ex certis racionabilibus et evidentibus utilitatibus, canonice appropriaverimus et concesserimus, in usus proprios perpetuo possidendam, cum suis juribus et pertinenciis universis, salva competenti Vicaria per nos seu Successores nostros taxanda et ordinanda, juxta juris exigenciam in eadem, et ad nostram et Successorum nostrorum Collacionem cum vacaverit pertinente, cum eadem Vicaria adhuc in certis porcionibus ordinata nullatenus seu taxata existat; nos, habita super hiis cum prefatis Decano et Capitulo deliberacione provida et tractatu, de ipsorum unanimi et expresso consensu, ut ipsius Vicarie porciones in certo consistere valeant in futurum; pensatis nichilominus prefate Ecclesie Sancti Winieri facultatibus, dictam Vicariam ordinamus et taxamus eciam in hunc modum: videlicet, quod Dominus Andreas de Tregiliou, presbiter, nunc Vicarius dicte Ecclesie, et sui successores Vicarii in eadem qui pro tempore fuerint, habeant et percipiant, nomine Vicarie predicte, omnes et singulas domos que ad Rectoriam ipsius Ecclesie antea consueverant pertinere, cum toto Sanctuario infra clausum, et unam acram terre que Gleba dicte Ecclesie nominatur, excepta una longa domo super Sanctuario predicto situata, cum uno curtilagio adjacente eidem, circiter dimidiam acram terre Anglicane continentem;

---

[1] Paniclum, i.q., Panicium,—genus annonæ, qua in quibusdam locis homines, vice panis, sustentantur.—*D'Arnis.* Pauick,—a kind of coarse grain, like millet.—*J. O. Halliwell.*

quam, quidem, domum dictus Vicarius, et sui successores ut premittitur, suis propriis sumptibus sustentabunt, et erigent de novo, similiter suis sumptibus, postquam sit depressa, ad usum dictorum Decani et Capituli, cum blada sua ipsius Ecclesie, si et prout eis placuerit, unire et recolligere voluerint in eisdem. Alioquin omnia aisyamenta tam de ipsa domo quam de curtilagio predictis, cum iidem Decanus et Capitulum non indiguerint ut premittitur, remaneant penes Vicarios antedictos. Habeant, eciam, et percipiant prefati Vicarius et successores sui ibidem, omnes decimas minores, oblaciones, et alias quascumque obvenciones tocius predicte Parochie ad altilagium ipsius Ecclesie pertinentes, in quibus, eciam, decimam feni, et mortuaria, lini, canabi, vitulorum, agnorum, pullanorum, cujuscumque eciam bladi in ortis nunc existentibus cum vangis excultis, volumus inter cetera comprehendi. Volumus, eciam, et ordinamus quod predictus Vicarius, et sui successores Vicarii, percipiant singulis annis a predictis Decano et Capitulo quadraginta solidos sterlingorum, in Scaccario ipsorum Exoniensi, vel per manus firmarii ibidem, ad quatuor anni terminos, videlicet Sancti Michaelis, Natalis Domini, Pasche, et Nativitatis Beati Johannis Baptiste, pro equalibus porcionibus, primo solucionis hujusmodi Termino in instanti Festo Beati Michaelis proximo inchoante, et sic deinceps singulis annis et terminis secuturis; dictusque Vicarius, et sui successores predicti, ministris seu famulis dictorum Decani et Capituli, cum pro uniendis seu vendendis bladis dicte Ecclesie, que omnia, auctoritate presentis Ordinacionis, ad eosdem Decanum et Capitulum volumus remanere, hospicium competens inveniant; fenum eciam, literam, et buscam, pro mora sua subministrent. Et solvant nichilominus idem Vicarius et sui successores prefatis Decano et Capitulo, singulis annis, in Festis Sancti Michaelis et Pasche, equis porcionibus, nomine annui redditus pro dicta acra terre, que, ut premittitur, Gleba dicte Ecclesie nominatur, duos solidos argenti; et ad id, si oporteat, compellatur. Ordinamus, insuper, quod dictus Vicarius, et sui successores Vicarii ibidem, omnia onera Ordinaria dicte Ecclesie subeant et agnoscant; quodque Cancellum dicte Ecclesie, Libros, et cetera Ornamenta ipsius ad Rectoriam pertinencia, necnon vitrum fenestrarum dicti Cancelli, suis sumptibus sustineant. Extraordinaria, vero, quocumque nomine censeantur, ad Decanum et Capitulum pertineant antedictos; salva nobis et Successoribus nostris potestate hanc nostram Ordinacionem et Taxacionem augmentandi, minuendi, et in totum immutandi, si, et prout, et quando, nobis vel eis visum fuerit expedire.—In cujus rei, etc.—Datum, apud Clist, xxviij die mensis Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} decimo nono; 143b.

St. Hilary: *Ordinacio Vicarie Sancti Hillarii*:—

Universis, etc., Walterus, etc.—Noveritis quod nuper Archidiaconatum Cornubie, nostre Dyocesis, ex Officii nostri debito visitantes, inter Priorem et Monachos Montis Sancti Michaelis in Cornubia, qui Ecclesiam Sancti Hillarii, ejusdem Archidiaconatus, optinent in proprios usus, ex parte una, et Magistrum Mathiam de Skewyheke, Vicarium ejusdem Ecclesie Sancti Hillarii, ex altera, super porcionibus ejusdem Vicarie discordie materiam invenimus esse subortam. Tandem, exhibita coram nobis per easdem Partes Ordinacione et Taxacione porcionum predicte Vicarie, sub hac forma:—Universis, etc., Walterus [Bronescombe], etc.—Ad Universitatis vestre noticiam tenore Presencium volumus pervenire quod cum Vicaria Ecclesie Sancti Hillarii, juxta Montem Sancti Michaelis, tanto tempore vacaverit quod ipsius Collacio ad nos extitit devoluta, secundum Statuta Concilii Latronensis (*sic*), nos Vicariam ipsam dilecto filio Johanni dicto Lercevesque, Divine caritatis intuitu, conferimus et concedimus canonice possidendam; ordinantes quod decimas feni et omnes obvenciones Altaris,—decimis piscium ex batellis Parochianorum provenientibus, et mortuariis ex decessu incolarum de Markesiou [*Market-jew* or *Marazion*], de parvo mercato Trewarnene et Brevannek provenientibus, decimis ex nutrimentis animalium Prioris de Monte Sancti Michaelis, et decimis de Insula Sancti Michaelis exituris, dumtaxat exceptis,—idem Vicarius, nomine Vicarie sue, integre percipiat annuatim, et omnia onera ipsius Ecclesie debita et consueta totaliter agnoscat, extraordinariis pro rata percipiendis.—In cujus rei testimonium presentibus Literis sigillum nostrum apponi fecimus.—Datum apud Poutone, die Sancti Bartholomei, Apostoli (24 Aug.), Anno Domini Millesimo CC^{mo} lxj^{o}, et Consecracionis nostre quarto,—Nos predictus Walterus Secundus predictam, ordinacionem et Taxacionem, de expresso consensu earundem Parcium approbamus et ratificamus, cum declaracionibus et adjeccionibus infrascriptis; videlicet, quod propter pericula fluxus maris inter Montem Sancti Michaelis et Markasiou, et ex causis aliis, corpora decedencium apud Markasiou

in Cimiterio Ecclesie Sancti Hillarii tradantur de cetero sepulture, nisi aliquis, ex sua devocione, in ultima Voluntate apud Montem elegerit sepeliri: set, ubicumque hujusmodi corpora sepeliantur, Vicarius Ecclesie Sancti Hillarii, qui pro tempore fuerit, semper percipiet omnes oblaciones pro hujusmodi corporibus oblatas; ita, tamen, quod Prior Montis Sancti Michaelis semper percipiat mortuaria de decedentibus in villa de Markasiou, sicut antea percipere consuevit. Quibus actis, predicte Partes omnia premissa coram ipsis recitata approbarunt et eisdem expresse consenserunt.—In cujus rei testimonium presentibus Literis sigillum nostrum apposuimus.—Datum apud Poutone, die Mercurii proxima ante Festum Sancti Petri in Cathedra, Anno Domini M° CCC^mo xiij° [20 Feb., 1313-14]; 88.—

See Marazion; 39b.

St. Illogan,—

Walter de Menecudel, R.,—Letter directed to Wm. de Mileborne, R. of St. Ruan-Lanyhorne (5 Feb., 1309-10).—The Bishop, while visiting the Archdeaconry of Cornwall, found the said Walter (who was, also, Canon of Glasney), too aged and infirm to attend to his duties, and suspended him from the administration of his Parish, appointing Mileborne his coadjutor; 47.—Master Gilbert de Knovyle, R.,—Dispensation: non-residence for two years, from Michaelmas, "si [in] Anglia studuerit; et si ad Partes se transtulerit transmarinas, per idem tempus et annum amplius (3 Sept., 1310); 54b.

St. Ive, Master Bartholmew de Castro, priest, R.,—

Licence of non-residence, till Michaelmas, 1322, to study, etc. (21 April, 1321); 157b.

St. John-of-Jerusalem, in England, Hospital of, *see* Jerusalem.

St. John-in-Cornwall,—

William de Alneto [Dawney], R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study, etc. (24 Dec., 1308); 37b: renewed (16 Sept., 1309); 43b.—Master Wm. de Trelouni, subdeacon, R.,—non-residence till Michaelmas, to study, etc. (8 April, 1311); 60b.

St. Juliot [Sancte Julitte, MS.], the Chapel of,—

Licence to Launceston Priory to put it out to farm, for a term of five years, to Master Wm. Midelwoda, V. of St. Gennys—"qui, quidem, Willelmus dabit Fabrice Ecclesie Sancti Petri Exoniensis xxs." (19 Feb., 1308-9); 38b.

St. Just-in-Roseland, Sir Reginald le Sor, R.; 54.

—*Annexio Pensionis ab Ecclesia Sancti Justi Penitenciario* [the Sub-Dean] *in Ecclesia Exoniensi,*—

Walterus, etc., dilecto filio, Domino Ricardo de Braileghe, Penitenciario nostro in Ecclesia Exoniensi Generali, salutem, graciam, et benediccionem.—Decorem Domus Domini diligentes, immensis nimirum perfusi gaudiis exultavimus dum Exoniensem Ecclesiam, Sponsam nostram, novis monilibus honestatis honorari conspicimus, ac in Divinis exequendis Obsequiis incrementa talia suscipere, quibus Divini Cultus alcioribus attollatur honoribus, plebsque fidelis devocioni fervencius inardescat. Attendentes, itaque, quam ferventer tue devocionis sinceritas ad incrementum Divini Numinis in hac parte jam diucius concupivit duos fore torticios cere deferendos ardentes ante Corpus Dominicum, Quod irreverenter hactenus sine precedente lumine consuevit deferri in processionibus nove solempnitatis Corporis Christi, et in Dominica in Ramis Palmarum, extra Portam Orientalem Civitatis Exonie, ex more Ecclesie nostre predicte, annis singulis faciendis; et sperantes verisimiliter propter hujusmodi tue devocionis fervenciam in premissis, quod eorumdem torticiorum invencio quam ibidem de cetero fieri volumus, posset per te, tuis temporibus, libencius quam per alium supportari, hujusmodique invencionis onus valeat Officio Penitenciarii in predicta Ecclesia nostra satis congruere convenire; premissis et aliis in hac parte apud nos digna racione pensatis, hujusmodi torticiorum cere ponderis ad minus decem librarum, singulis annis deferendos (*sic*), ut premittitur, te, pro tempore tuo, et de expresso tuo consensu, tenore Presencium, preficimus de cetero et constituimus,

in forma que premittitur, inventorem. Et, quia redditum ubertate in tantum non affluis, racione Officii memorati, quod tale invencionis onus comode inter cetera sustinere valeas, nisi in recompensacionem oneris ipsius de aliquo tibi provisum fuerit aliunde, ac bone memorie Henricus, quondam Exoniensis Episcopus, Predecessor noster, quandam annuam Pensionem quadraginta trium solidorum et quatuor denariorum argenteorum ab Ecclesia Sancti Justi in Lanauche, nostre Diocesis, per Rectorem vel Vicarium ejusdem Ecclesie certis terminis exsolvendam, ad ministrandum cum duobus turribulis incensum in Celebracione Majoris Misse in Ecclesia nostra Cathedrali Exoniensi predicta, singulis diebus imperpetuum, assignaverit, cujus Pensionis receptorem et incensi hujusmodi ministratorem, post decessum Nicholai de Thesauraria capellani, quem ad hoc idem Predecessor noster primitus ordinavit, per successorem suum qui pro tempore fuerit voluit deputari, prout in quibusdam ejusdem Predecessoris nostri Literis vidimus plenius contineri; nos, liquido cognoscentes quod hujusmodi Pensionis quantitas, preter onus incensi hujusmodi ministrandi, ad alia supportanda onera sufficere poterit competenter, et volentes te in recompensacionem oneris predicti competentibus auxiliis adjuvari, ut, inter cetera, quod tue sinceritatis studium temporaliter adinvenit, hoc, mediante nostro suffragio, inperpetuum extendatur, quatinus exemplo Virginum prudencium, que aptatis lampadibus suis obviam Sponse (*sic*) processerunt, ad celestes mereamur nupcias introire cum Sponso; habito in hac parte cum dilectis filiis Decano et Capitulo Ecclesie nostre sepefate diligenti tractatu, qui requiritur, et communi, de ipsorum voluntate unanimi et assensu, predictam annuam Pensionem ad inveniendum hujusmodi torticios, una cum incenso solito, cedente vel decedente Domino Roberto de Aispertone, qui ipsam ex Collacione bone memorie Thome, Predecessoris nostri immediati, optinere dicitur, ascribimus, ipsamque Pensionem, cum suis pretactis oneribus, Officio Penitenciarii, quod in Ecclesia nostra prefata jam optines, annectimus et appropriamus, teque et successores tuos, qui in illo Officio pro tempore fuerint post obitum vel cessionem dicti Domini Roberti de Aispertone, ipsius Pensionis, tenore Presencium, constituimus receptores; volentes et eciam statuentes quod torticii hujusmodi, quos tu, et successores tui qui pro tempore fuerint, teneamini sicut predicitur invenire, ante Corpus Dominicum, ut premittitur, quocumque processionem dictis diebus ire contingat, continue deferantur ardentes, si aeris temperies hoc permittat. Quicquid, autem, predicte Pensionis, prefatis oneribus supportatis, residuum fuerit, tibi, et successoribus tuis qui pro tempore fuerint, in augmentum redditum predicti Officii, qui exiles sunt et tenues, libere volumus remanere. Ad inveniendum, vero, torticios et incensum de quibus supra fit mencio, te vel successores tuos invitos artare non intendimus per premissa, quousque predictam Pensionem, vel saltem partem ejusdem, [percipere] valeas aut valuerint ad hoc, ut premittitur, specialiter assignatam. Et ut hec nostrarum annexionis seu appropriacionis Ordinacio seu Statutum, ac oneris ascripcio, perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, presentem Paginam sigillo nostro et sigillo communi Decani et Capituli predictorum fecimus communiri.—Actum et datum in Capitulo nostro Exonie, xij die mensis Aprilis, Anno Domini M° CCC. vicesimosecundo; 168b.

St. Kea [Landege, MS.],—

William, the Vicar being old and infirm, John, V. of St. Probus, was appointed his coadjutor (6 Sept., 1310); 55.

—*Commission*, directed to Sir Thomas de Henton, Treasurer of Exeter, to collate to this Vicarage and to St. Probus, on the Bishop's behalf, in case of vacancy (14 Sept., 1310); 56.

St. Ladock,—

Stephen Trevannion was R. in Bishop Bytton's time. "In the month of July, in xxxj Edward I [1303], a poor clerk, Stephen Trevannion, Parson of the Church of Ladoke in Cornwall, complained that certain miners have come within the Sanctuary of the said Church, to the great damage of the said Parson and destruction of the trees and turbary."—*Borlase's Tin-Trade in Cornwall, p. 42.*—S.R.F.

Baldwin Beaupre, R.,—Dispensation: non-residence for one year, from Michaelmas, to study, etc. (23 Nov., 1308); 37.

—*Letter from the Bishop to Dame Isabella de Beaupre,*—

Quia Dominus Ricardus de Bello Prato, presbiter, Ecclesiam Sancti Justi in Penwyth, titulo Institucionis, et Ecclesiam Sancte Ladoce, titulo Commende usque ad diem Mercurii proximo ante Festum Decollacionis Sancti Johannis Baptiste [27 Aug.], proximo futurum durature, dinoscitur optinere; tenore Presencium vobis intimamus quod ad dictam Ecclesiam Sancte Ladoce, que dicitur esse de vestro Patronatu, infra quatuor menses post dictum diem Mercurii proximo secuturos, Personam ydoneam, quandocumque vobis placuerit, absque aliquali periculo et prejudicio presentare poteritis, nisi aliquis interim ad presentacionem vestram in eadem Ecclesia fuerit institutus; nec timere oportebit quod ad nos, vel ad alium Superiorem, Collacio dicte Ecclesie propter lapsum temporis devolvatur; dum, tamen, aliud quam lapsus temporis vobis in hac parte non obsistat. Et, ne premissa cuiquam vertantur in dubium, has Literas nostras Patentes vobis transmittimus in testimonium predictorum (7 Aug., 1309); 43.—On 2 April, 1312, the Bishop found it necessary to write to her again ["Litera de cursu temporis"], and in similar terms; 71. *See* "Inst."—Ralph de Govely, subdeacon, R.,—Dispensation; "secundum Constitucionem *Cum ex eo*, ut a dicto die [12 March, 1322-3], Parisius, vel alibi in Partibus transmarinis, in loco, etc., per triennium studere posset; . . et dabit singulis annis ex fine xx solidos; 174b.

St. Ludgvan [Lodewan—*margin*, Ludewan, MS.]; Simon de Tireltone, R.,—

Licence of non-residence till Michaelmas, "ad instanciam Domine Elizabeth de Burghe (11 March, 1324-5); 183b.

St. Madron; *Taxation of the Vicarage,*—

Que [Vicaria] ordinata est ut sequitur; videlicet quod Vicarius in Ecclesia Sancti Maderni predictus (see *Inst.*), et ejus successores, nomine Vicarie, habeant totum Sanctuarium Ecclesie predicte, cum manso in eodem Sanctuario situato; ac, eciam, totum altilagium in omnibus porcionibus excepta decima piscarie; ita quod dictus Prior et Fratres dicte Domus, ac ipsorum Procurator, in dicto manso hospitari valeant suis sumptibus, cum ad locum illum duxerint, vel quis eorum duxerit, declinandum. Et sustinebit dictus Vicarius et ejus successores Procuracionem Archidiaconi, Cathedraticum et Sinodaticum, et sustinebunt Libros, Vestimenta, et cetera Ornamenta dicte Ecclesie ad Rectoriam pertinencia, necnon vitrum fenestrarum et cooperturam Cancelli, suis sumptibus, postquam per dictos Religiosos fuerint semel competenter reparata et correcta; qui, quidem, Religiosi sustinebunt omnia alia onera Cancelli, et extraordinaria ejusdem Ecclesie imposita et imponenda. Salva Domino Episcopo et ejus Successoribus potestate dictam Vicariam aumentandi seu minuendi, et predictam Ordinacionem seu Taxacionem mutandi, si viderit aut viderint expedire (3 Nov., 1309); 45.—There is another copy of this Document on fol. 48b.—*See* Manaccan.

St. Mabyn: Sir John Traci, R.,—

Licence of non-residence till the First Sunday in Lent (12 March), 1317-18,—"ita quod extunc in ipsa Ecclesia resideat, ut tenetur, sub pena juris; presentibus Magistro Nicholao de Hele, Domino Petro de Honetone, presbitero, et Ricardo de Twyvertone, Notario Publico. Et dabit ad Fabricam Ecclesie Exoniensis, ex libera voluntate, lx solidos (5 Sept., 1317); 121b.—Extended, 26 Jan., 1317-18, till Holy Cross-Day (3 May)," ad instanciam Domini Willelmi de Monte Acuto, Militis; 125."

St. Martins-by-Looe [Sancti Martini de Pendrim,[1] MS.],—

Thomas Daumarle, R.,—Dispensation: non-residence for a year, from Michaelmas last, to study, etc. (29 Oct., 1308); 36: again, "Pridie Nonas Octobris"—(6 Oct.), 1310; 56b: again[2] (9 Nov., 1313); 81b: again, for three

---

[1] The Manor of Pendrim, to which the Church of St. Martin and the Town of East Looe were annexed, was held at an early period by the Bodrugans, under the Dawneys as Lords of Sheviocke,—*Esch.* 5 Edw. II. (*Lysons*).

[2] "Sancti Martini juxta Loo."

years,—"et dabit, singulis annis dicti triennii, ad Fabricam Ecclesie Exoniensis xxs,—lxs." (18 Aug., 1314); 87b.

[St. Mary Church ["Seynt Marie Churche, cum suis Capellis," MS],—

Visitation, "die Martis proxima sequente (post Festum Apostolorum Petri et Pauli—4 July, 1301),—"*per Magistros Robertum de Veteri Terra et Johannem de Uphavene, Senescallos Capituli*;—

In presenti Visitacione fuerunt in Ecclesia Matrici loci predicti—Unum Psalterium debile et insufficiens, cum Manuali in eodem. Aliud Psalterium nullius valoris. Antiphonarium bonum, cum Collectario, Capitulario, et Ympnario, pariter in eodem. Legenda tocius anni plenaria, in duobus voluminibus, cum Capitulario, Collectario, et Ympnario, et cum Antiphonario suo loco interposito de Temporali. Ordinale insufficiens. Statutum Synodale sufficiens. Missale, notatum, et bone litere. Gradale cum Tropario, collatum a Capitulo, non de Usu ex toto. Et aliud Gradale, vetus et putrefactum. Nullum Manuale preterquam in Psalterio supradicto. Tria paria Vestimentorum, quorum una Casula sufficiens et alie non sufficientes. Unum superpellicium tantum, vetus et perforatum. Rochetum minus sufficiens. v tuelle benedicte, quarum una cum parura; et sexta non benedicta. Nulla Pixis ad Eukaristiam: Pixis, tamen, ad oblatas. Crismatorium ligneum, seratum. Nullus ciphus ad infirmos visitandos. Crux Processionalis satis conveniens. ij Candelebra Processionalia de stanno. v paria Corporalium, cum quatuor repositoriis debilibus. Paxillum decens. Calix sufficiens interius deauratus.—Et memorandum de Calice Capelle de Coletone prostrate, cujus quondam Parochiani—nunc, vero, partim apud Seynct-Mariechurche et partim apud Carswylle assignati—detinent, et Matrici Ecclesie, reddere contradicunt; quem petunt Parochiani predicte Matricis Ecclesie, una cum instauro et meremio ejusdem Capelle, ad sustentacionem dicte Matricis Ecclesie converti. Id est justum.—Quatuor fiole sufficientes. Frontale ad Majus Altare de serico, tolerandum. Una fenestra in Australi parte Cancelli est male vitreata et sine ferro: secunda, cum debili ferro et sine vitro: tercia, cum ferro set sine vitro. Preterea tectum Cancelli valde debile. Fons sine serura. Navis Ecclesie et similiter Campanile coopertura indigent. Troparinm et Processionale simul valde bonum.

Parochiani dicunt quod consueverunt, usque ad tempora presentis Vicarii, sustinere Cancellum in omnibus, et esse inmunes a prestacione decime instauri Ecclesie; set iste, licet non sustentet Cancellum, tamen percipit decimam, et compellit eos ut solvant. Item, dicunt quod Agnes Bonatrix legavit vs. ballardorum,[1] ad sustentacionem Ecclesie de Seintemarie, quos Vicarius recepit et detinet. Item, Magister Rogerus le Rous legavit quandam summam peccunie ad idem, quam idem Vicarius dicitur recepisse pro parte. Item, dicunt quod idem Vicarius ponit omnimodas bestias suas in cimiterio, per quod male conculcatur et viliter fedatur. Item, dictus Vicarius arbores cimiterii vento prostratas sibi appropriat, et ad edificaciones suas convertit. Item, idem Vicarius facit parare brasium suum in Ecclesia, et bladum suum et alia ibidem reponit; per quod servientes sui, intrantes et exeuntes, aperiunt ostium, et ventus in tempestatibus intrans Ecclesiam discooperire solet. Dicunt, eciam, quod bene predicat, et officium suum in omnibus laudabiliter excercet, dum presens est. Set sepius se absentat, et moram facit apud Mortone [*Moreton-Hampstead*), aliquando per quindecim dies, aliquando per octo, ita quod non habent Capellanum, nisi quando Dominus Walterus, Capellanus Archidiaconi, presens est, vel aliunde precario perquiratur.

Item, tenentes Sanctuarii, jurati, dicunt de redditu assiso, quod sunt vj*li.* xviij*s.* iiij*d.*, cum redditu de Carswille et Huwelburghe. De auxilio assiso, per Walterum Filium Petri primitus inposito, et actenus soluto, j marca; super quo petunt remedium. Item, de chevagio[2] xij*d.* Et estimant dicti Jurati dominicum, cum gardino et prato, valere C*s.*; et decimam garbarum tocius Parochie cum Capellis, xlvj*li.* xiij*s.* iiij*d.*; perquisita Capituli, xx*s.*; Hundredi, j marcam. Item, defectum in coquina corrigenda estimant xlvj*s.* viij*d.*; in boveria xx*s.*; in grangia de Coffynswille elonganda ij marcis, et in grangia de Carswille reedificanda x marcis.

---

[1] A kind of barley—"hordei species." [2] Capitis census; i. q. Capitale (*ibid.*). (*D'Arnis.*)

Capella de Carswille,—

In dicta Capella est Missale sufficiens. Et, similiter, Gradale cum Tropario. Calix tollerabilis. ij paria Vestimentorum plenaria, et ij paria Corporalium cum ij repositoriis de serico honestis. vj tualle. Duo superpellicia et unum rochetum. Pixis ad Eukaristiam lignea, sine serura. Ciphus stanneus ad infirmos visitandos. Crux Processionalis, vetus et insufficiens; tamen ejus hasta decens. Fiole v. Unum Psalterium defectivum. Antiphonarium debile. Ordinale nullum. Legenda nulla. Baptisterium sine sera. Turribulum sufficiens, et boeta. Vexillum bonum. Capella fracta in Navi; set est in reficiendo. Cancellum male coopertum. Due campanelle ad mortuos, et una ad Elevacionem Corporis Christi. Fenestre Cancelli sine vitro et inhoneste.

Coffinsville,—

In qua Capella est bonum Missale notatum. Gradale vetus et putrefactum. Bonum Troparium. Bonum Ordinale. Legenda cum Psalterio sufficiens, set male ligatum. Antiphonarium Moniale, vetus et male ligatum. Manuale, cum Ympnario, similiter male ligatum. Calix sufficiens, interius deauratus. Duo paria Vestimentorum plenaria, et, preter hoc, ij Albe per se. Tualle ix. Turribulum sufficiens. Crismatorium ligneum. Pixis ad Eukaristiam lignea, sine sera. Duo superpellicia et unum rochetum. Velum Quadragesimale. Crux Processionalis. Due fiole. Celatura ultra Altare totaliter fracta. Omnes Cancelli fenestre sine vitro et nimis parve. Due campane ad mortuos. Navis Ecclesie debiliter cooperta. —*Archives of the D. and C., No.* 3673, *page* 27].

St. Mawgan-in-Pyder ["Ecclesia Beatorum Nicholai et Maugani de Lanherne," MS.],—

Master Benedict de Arundelle, R.,—"Licencia standi in Curia de Arcubus Londoniarum, usque ad Festum Sancti Michaelis proximo sequens" (4 Dec., 1309); 45: Dispensation (57b): *ut patet in subsequenti quaterno, folio tercio,*"—where we find that Licence of non-residence was granted till Michaelmas, "ut . . . in Scolis in Regno Anglie, ubi vigeret Universitas, intendere valeat Scolasticis Disciplinis; dum, tamen, in aliqua parte Temporis Quadragesime proximo tunc future ad curam suam predictam personaliter accedat, et saluti animarum post adventum suum, illo Tempore Sacro durante, personaliter ibidem intendat,"—"decimo septimo Kalendas Decembris" (15 Nov.), 1310; 61b: again, "usque ad gulam Augusti" [1 Aug.], to study, etc. (6 Dec., 1311); 66b.

St. Mawgan-in-Kerrier,—

Sir John le Bruyn (*or* Brun), R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas—"ut . . . circa execucionem Testamenti Matris sue, cujus Executor esse dicebatur, insistere valeret" (5 Nov., 1308); 36: again, "Licencia intendendi obsequiis Domini Willelmi, fratris sui, Militis," till Michaelmas (11 Dec., 1309); 45: again, for a year, "ut in loco quem elegerit, ubi Universitas seu Studium vigeret Generale, insistere valeat studio Literarum, ita quod Literas Cancellarii Universitatis seu Studio Generali Presidentis, ubi taliter moram traxerit, habeat: superest ut ipsas Episcopo exhibere valeat, super hoc requisitus; alioquin hujusmodi Gracia nullius penitus sit momenti" (7 May, 1311); 61b: again, till Michaelmas, 1313 (11 July, 1312); 72—Sir Roger de Northburghe, R.,—Licence to put his Benefice out to farm for three years (5 Feb., 1312-13); 77b.—Andrew de Drokenesforde, R.,—non-residence "per totum tempus in Constitucione General super hoc edita prefinitum": he was to take subdeacon's Orders within a year (15 May, 1321); 158.

St. Mellion: John de Stokes, R. subdeacon,—

Dispensation: non-residence, for two years, to study, etc. (15 April, 1309); 40: again (priest), for two years (14 Jan., 1311-12); 67b: again, "Licenci standi Oxonie, vel apud Arcus Londoniarum, prout duxerit eligendum, per annum" (9 Oct., 1313); 80: again, for three years, to study in Foreign Parts (14 March, 1322-3); 174b.

St. Michael-Carhayes, a Chapel to St. Stephen's-in-Brannel,—

Licencia Firme:—Johannes de Trevayngnon, clericus, optinuit Licenciam recipiendi Sanctuarium quod ad Capellam Sancti Michaelis de Kerihayes, infra limites Matricis Ecclesie Sancti Stephani in Branel, pertinet, per quinquennium a dicto die continue numerandum, a Rectore prefate Ecclesie Sancti Stephani; et idem Rector eidem Johanni dictum Sanctuarium sic ad Firmam tradendi[1]; ita quod si infra dictum quinquennium alius instituatur Rector in eadem, quod ipsius ad hec voluntas accedat et consensus; (16 July, 1313) 78. Sir *Roger* occurs as Chaplain, here, 1 March, 1309-10 (*see* "Confessions"); 48.—It was, long, erroneously supposed (among others well acquainted with the Parochial History of Cornwall, by the late Rev. John Wallis, Vicar of Bodmin), that St. Michael's was the "Mother-Church," and St. Stephen's and St. Dennis Chapels dependent.

St. Michael's "in periculo maris" (*Normandy*),—

The Abbat and Convent Patrons of Otterton Priory; 49b, etc.

St. Michael-Penkevil[2]: *Ordinacio Archipresbiteratus de Penkevel in Cornubia,*

Exonie, septimo die mensis Februarii emanavit Litera sub hac forma,—Universis Christi Fidelibus ad quos presentes Litere pervenerint, Walterus, permissione Divina, Exoniensis Episcopus, salutem in Domino.—Postulancium desideriis libenter annuimus et exhibitas nobis peticiones favorabiliter exaudimus, dum a nobis petitur per quod vivis consulitur cum augmento Cultus Divini, et prestatur suffragium resolutis. Oblata siquidem nobis Domini Johannis de Treiagu, Militis, Patroni Ecclesie Sancti Michaelis de Penkevel, nostre Diocesis, que de nostro feodo existit, petitio continebat quod, cum in eadem Ecclesia, quam suis propriis sumptibus jam noviter reparavit in totum, ob honorem Dei quandam Cantariam quatuor Capellanorum, qui, in ipsa Ecclesia Divinis Obsequiis jugiter intendentes, diebus singulis pro salubri statu nostro, et Domini Ricardi de Stapeldone, Militis, germani nostri, ac dicti Domini Johannis et Johanne uxoris sue, dum vixerimus et vixerint, nobisque ac ipsis Ricardo, Johanne, et Johanna ab hac luce subtractis, pro animabus nostra et eorundem; necnon Johannis et Agnetis, patris et matris ipsius Domini Johannis, filiorumque suorum, ac eciam pro animabus Domini Edwardi, Filii Regis Henrici quondam Regis Anglie illustris, Willelmi de Stapeldone, Mabille uxoris sue, parentum nostrorum, Simonis et Lucie de Treiagu, Philippi et Marie le Sor, Stephani et Melore de Trewetheneke Willelmi de Mullabourne, et pro salubri statu eorundem Melore et Willelmi dum vixerint, animabusque parentum ipsius Willelmi et omnium Fidelium defunctorum, et specialiter pro felicitate heredum dicti Domini Johannis, qui pro tempore fuerint domini Manerii de Fentengollen, orare ac celebrare debeant, et eidem Ecclesie nichilominus in Divinis deservire, fundare desideret, nobis

---

[1] tradendum, MS., a clerical error.

[2] Here Bishop Bronescombe, on Aug. 13, 1261, dedicated a Church in honour of St. Michael. (Reg. fol. 20.) Its Advowson was attached to the Manor of Fentongollan. About half a century after this Dedication, its Patron, Sir John de Trejagu, Knt., undertook to put the edifice into perfect repair, and proposed to found a Chantry within it for four chaplains, where perpetual prayers might be offered for himself and Joan his wife, for his parents John and Agnes; for Walter de Stapeldon, the Bishop, his brother Sir Richard de Stapeldon, Knt., and his parents, William and Mabilla de Stapeldon; for the Royal Family; for Simon and Lucy de Trejagu; for Philip and Mary Le Sor; Stephen and Melora de Trewetheneke, and the Mullaborne family. The proposal was approved and confirmed by the Bishop, who made the Church Collegiate, and the chief of the four clergymen who were to serve it to be an Archpriest, specially charged with the care of the parishioners.

The Chantry property was reunited at the Dissolution to the Manor of Fentongollan (*Oliver's Monasticon, p. 66.*)

humiliter supplicavit quatinus hujusmodi Cantariam fundandi Licenciam sibi concedere, ipsamque fundatam confirmare, ac predictam Ecclesiam pro sustentacione hujusmodi Capellanorum assignare seu eidem Cantarie appropriare, interveniente Capituli nostri consilio et assensu, auctoritate ordinaria dignaremur; necnon circa ipsorum Capellanorum statum, qualem in dicta Cantaria et quem gradum inter se obtinere debeant statuere seu ordinare, sicut nobis expedire videretur et ipsorum honestati congrueret, curaremus. Nos, itaque, attendentes pie devocionis affectum quo Domini Johannis, Militis predicti, in hac parte viscera commoventur, ac ipsum exigentibus meritis favore benivolo prosequentes, ipsius supplicacionibus exaudicionis graciam, quantum cum Deo possumus et ad nos pertinet, cupimus impertiri. Habito, igitur, super hoc cum Decano et Capitulo nostro Exoniensi communi tractatu et solempni qui requiritur pleniori, de ipsorum consilio et assensu, eidem Johanni, fundandi Cantariam hujusmodi primitus concessa licencia, ipsam sic fundatam auctoritate ordinaria confirmamus; statuentes et ordinantes quod Officium Archipresbiteri sit amodo perpetuum in eadem; ita, videlicet, quod unus Capellanorum hujusmodi, quem Archipresbiterum eo quod aliis presbiteris preerit servientibus ibidem, volumus nominari nobis et Successoribus nostris qui pro tempore fuerint, quociens, Sede Exoniensi non vacante, preficiendus fuerit, per dictum Dominum Johannem et heredes suos, Dominos Manerii de Fentengolen, quod ab Ecclesia nostra Exoniensi tenetur in feodum, ad quod Manerium Advocacio ipsius Ecclesie pertinet, presentetur; qui tam ad hujusmodi Archipresbiteratus officium quam ad curam et regimen ipsius Parochialis Ecclesie, quam ad presens vacantem ejusdem presbiteratus officio pro sustentacione ipsius Archipresbiteri et aliorum trium Capellanorum appropriamus, et eisdem Archipresbitero et Capellanis in proprios usus ipsius Ecclesie, in qua hac occasione plus solito divine laudis officium persolvetur de cetero, utilitate pensata, accedente dictorum Decani et Capituli consilio et assensu, perpetuo Institucionis titulo possidendam concedimus, si ydoneus fuerit, admittatur, et de faciendo in Ecclesia predicta continuam residenciam personalem ac observando hujusmodi nostras Ordinaciones et Statuta in Institucione sua juramenti vinculo perstringatur; alioquin ipsius Institucio seu Admissio nullius penitus sit momenti. Volumus, autem, et ordinamus quod idem Archipresbiter, qui pro tempore fuerit et fructus perceperit autumpnales, cedens vel decedens post fructus perceptos ante Festum Invencionis Sancte Crucis quandocumque, omnia onera, tam in sustentacione Capellanorum quam alia incumbencia, usque ad idem Festum Invencionis proximo secuturum, teneatur modis omnibus supportare; jure seu consuetudine, quod, vel que, de media Quadragesima in nostra Diocesi hactenus usitatum, in aliis Rectoribus, locum optinet, non obstante; juribus et consuetudinibus in Admissione seu Repulsione Rectorum et aliorum preficiendorum in nostra Diocesi in aliis articulis hactenus usitatis, circa Admissionem et Repulsionem hujusmodi Archipresbiteri, quibus per premissa derogare non intendimus, in suo robore plenarie remansuris. Quod si, forte, cedente vel decedente Archipresbitero, hujusmodi Archipresbiteratus vacaverit, herede dicti Domini Johannis, seu alio ad quem dictum Manerium pertinebit infra etatem legitimam secundum consuetudinem Regni Anglie constituto, et in nostra seu Successoris nostri qui pro tempore fuerit racione feodi predicti custodia sive gardia existente, ad nos vel Successores nostros conferendi dictum Archipresbiteratum Persone ydonee libera pertinebit facultas. Sede, vero, Exoniensi Pastoris solacio destituta et hujusmodi herede infra etatem ut premittitur existente, Dominus noster, Rex Anglie qui pro tempore fuerit, racione Baronie nostre et Ecclesie Exoniensis, que tunc in manu sua erit, jure suo ad eundem Archipresbiteratum, si ipsum vacare tunc contigerit, poterit presentare; ita, videlicet, quod per hujusmodi nostras vel Successoris nostri sive Regis Collaciones seu Presentaciones, heredibus dicti Domini Johannis, dominis ipsius Manerii, cum ad etatem legitimam pervenerint, in aliis vacacionibus, quominus presentare valeant ad eundem Archipresbiteratum et Ecclesiam, nullum prejudicium generetur. Hujusmodi, vero, Archipresbiter sic ut premittitur institutus tres Capellanos, viros utique idoneos et honestos, de ipsius Fundatoris vel heredum suorum assensu eligat et assumat; quos absque causa racionabili nolumus amoveri; qui preter Horas Canonicas et Missam de die, quas ab omnibus Capellanis in ipsa Ecclesia seu Parochia horis competentibus dici precipimus in communi, plenum Obsequium, tam pro vivis quam pro defunctis, videlicet, *Placebo*, *Dirige*, et *Commendacionem*, ac tres Missas pro animabus prenominatorum, vel duas ad minus, et terciam de Sancta

Maria, in qua nichilominus commemoracionem pro dictis tam vivis quam defunctis fieri volumus, in eadem Ecclesia seu Parochia, cessante impedimento legitimo, dicere cotidie teneantur; uno semper, videlicet archipresbitero predicto, circa curam Parochie et jura Episcopalia et Archidiaconalia cum oportuerit exhibenda summopere vigilante. Tenore, eciam, Presencium prohibemus ne quis Capellanorum hujusmodi quocumque colore quesito in aliis Ecclesiis vicinis, vel circa aliud quodcumque Obsequium Divinum, preterquam in dicta Parochia perpetuo, Clericorum aut laicorum precepto seu prece, valeant ministrare, dum dictorum Capellanorum numero voluerit aggregari; quod si secus egerit, nisi tercio per Episcopum aut ejus Officialem, Archidiaconum Cornubie aut ejus Officialem, seu per predictum Archipresbiterum commonitus, noluerit a talibus abstinere, a suo ibidem habito beneficio sit ipso jure privatus et de eodem repellatur omnino, et alius loco sui juxta formam precedentem ydoneus subrogetur. Quantum ad gradum inter eos habendum et quis anteferri debeat, statuimus et ordinamus quod is cui regimen tocius Parochie est commissum, quem, ut premisimus, Archipresbiterum volumus nuncupari, de bonis dicte Ecclesie, ipsi ut premittitur appropriate, libere disponendi prout Rectoribus aliarum Ecclesiarum nostre Diocesis jus sive consuetudo permittit, habeat facultatem; ita, tamen, quod tam ipse quam alii Capellani quos sibi Socios appellabit in eadem domo simul, cotidie, se simul et similiter reficiant et habitent in communi; quodque idem Archipresbiter de bonis provenientibus de Ecclesia predicta singulis Capellanis pro stipendio et roba sua singulis annis duas marcas ad duos anni Terminos, videlicet, in Festo Pasche et Sancti Michaelis pro equalibus porcionibus solvere teneatur; qui, quidem, Archipresbiter tam in administracione bonorum, ut premittitur, quam honoris prerogativa, ceteris preferatur; aliis Capellanis inter se illum gradum, in sedibus et aliis, quem ordo temporis quo in societate hujusmodi fuerint illis attribuerit habituris, juxta legem que dicit quod is gradus ceteros antecedat quem in eodem genere militandi labor prolixior fecerat anteire. Quas, quidem, Ordinaciones nostras quilibet Capellanus qui ibidem recipiendus fuerit, in sua admissione, se suo tempore quantum ad ipsum pertinent servaturum, prestito juramento, corporaliter affirmabit. Salva nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exoniensibus qui pro tempore fuerint, potestate premissis addendi seu detrahendi eisdem, si, prout, et quando nobis aut ipsis videbimus seu viderint expedire, et salvis jure et jurisdiccione Ecclesie nostre Exoniensis [ac eciam Archidiaconorum Cornubie et suorum Officialium qui pro tempore fuerint], in omnibus et singulis ac eciam auctoritate, quibus per premissa in nullo volumus nec intendimus derogare.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis Exonie Presentibus est appensum.—Datum Exonie, septimo die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo nono [1319-20]; 148, [163,—another copy, with no variations of importance except the addition of the words enclosed in brackets].

—*Commissio super dicta Cantaria,*—

Walterus, etc., dilecto filio Magistro Ricardo de Coletone, Precentori in Ecclesia Exoniensi, salutem, etc.—Ad recipiendum Personam ydoneam quam ad Officium Archipresbiteratus in Ecclesia Sancti Michaelis de Penkevel, nostre Diocesis, per nos de consilio et assensu Capituli nostri, concurrentibus hiis qui de jure requiruntur, noviter ordinatum, et ad ipsam Ecclesiam eidem Officio appropriatam, Dominus Johannes de Treiagu canonice presentabit, eandemque Personam in eisdem Officio et Ecclesia, juxta formam Constitucionis seu Ordinacionis nostre super hoc edite, quam vobis volumus exhiberi, premissa Inquisicione ad Presentacionem hujusmodi in forma debita et consueta instituendum, ac ipsam Personam in corporalem possessionem ipsorum Officii et Ecclesie per vos, vel alium, inducendum, et defendendum inductam; necnon Canonicam Obedienciam recipiendum, et omnia alia et singula faciendum que in premissis et circa premissa necessaria fuerint vel eciam oportuna; vobis, cum Canonice cohercionis potestate, tenore Presencium committimus vices nostras.—Datum Londoniis, xxiiij die mensis Aprilis, Anno Domini Millmo CCCmo vicesimo; 149.

St. Mullion [Sancti Melani, MS.]; *Taxations of the Vicarage,*—

I.—Vicarius . . . et successores ejusdem, nomine Vicarie, habeant totum Sanctuarium Ecclesie . . . excepta una pecia terre que vocatur parcus et continet in seu nam acram terre Cornubiensem, vel circiter. Habeant, eciam, Vicarii . . . totum altalagium in omnibus porcionibus, et solvant Procuracionem Archi-

diaconi, Cathedraticum, et Sinodaticum ; et sustinebunt Libros, Vestimenta, et cetera Ornamenta . . . ad Rectoriam pertinencia, necnon vitrum fenestrarum Cancelli et cooperturam, suis sumptibus, postquam per Dominos Decanum et Capitulum Exonienses, quibus dicta Ecclesia Sancti Melani existit appropriata, fuerint semel competenter reformata et correcta. Qui, quidem, Decanus et Capitulum sustinebunt omnia alia onera Cancelli, et extraordinaria ejusdem Ecclesie, imposita et imponenda. Habeant, eciam, Vicarii . . . herbam et totum fructum predicte pecie terre excepte, quousque placuerit predictis Decano et Capitulo grangiam vel domos alias in predicta terra construere, vel decimas suas extra domos reponere in eadem ; salva Domino Exoniensi, etc., potestate augmentandi et minuendi, etc. (28 April, 1310) ; 50.—This Entry was cancelled —"va . . . cat,"—and the following note added,—"*Est infra, sub eadem data, in penultimo folio quaterni sequentis.*"

II. —Vicarius. . . et successores ejusdem. . . habeant totum Sanctuarium . . cum manso in eodem Sanctuario situato, excepta una acra terre clausa, que jacet in Boriali parte predictorum mansorum (*sic*) ; que, quidem, acra terre Decano et Capitulo Exoniensi, . . . remaneat, pro grangiis et aliis domibus, eisdem necessariis, construendis et edificandis, cum ipsis placuerit, in eadem. Habeant, eciam, et percipiant idem Vicarius et sui successores. . . totum altillagium dicte Ecclesie in omnibus porcionibus, in quo decimam cujuscumque culture in ortis nunc existentibus cum vanga excultis et excolendis, una cum feno tocius Parochie, volumus comprehendi ; dicta acra terre, et decimis garbarum cujuscumque generis bladi ubicumque in dicta Parochia excultarum—exceptis excultis in ortis, ut premittitur, et excolendis—dumtaxat remanentibus Decano et Capitulo antedictis. Volumus eciam, et ordinamus quod idem Vicarius et sui successores habeant et percipiant, singulis annis, duas marcas annue pensionis a Scaccario Beati Petri Exoniensis in augmentacionem Vicarie antedicte, et agnoscant omnia et singula onera ordinaria dicte Ecclesie : sustinebunt, eciam, Libros, Vestimenta, et cetera Ornamenta ipsius Ecclesie ad Rectoriam spectancia ; necnon vitrum fenestrarum ipsius Cancelli et cooperturam ejusdem, suis sumptibus, postquam hec per Executores bone memorie Domini Thome, dudum Exoniensis Episcopi, proximi Predecessoris nostri, semel competenter reparata fuerint et correcta ; onera, vero, extraordinaria omnia et singula, eidem Ecclesie imposita et imponenda, sustineant et agnoscant Decanus et Capitulum antedicti ; salva nobis et Successoribus nostris potestate dictam Vicariam augmentandi et minuendi, etc. (28 April, 1310) ; 69b.

St. Neot ; *See* "Dedications" ; 161b.

Sir Philip, the Vicar, being very infirm, the Bishop appointed Sir Ralph de Rodeyn (*or* Redeyn), chaplain, to be his coadjutor (28 Feb., 1313-14) ; 83.

Ordinacio super sustentacione Vicarii Sancti Nioti :—

Apud Sanctum Germanum, die Lune proxima post Festum Sancti Edmundi Archiepiscopi [18 Nov., 1314], Episcopus remisit Domino Radulpho Retyn, presbitero, custodi seu coajutori (*sic*) deputato per eundem Episcopum Domino Philippo, Perpetuo Vicario Ecclesie Sancti Nioti in Cornubia, lepre morbo laboranti, onus calculandi super administracione sua in dicta Custodia. Et dabit statim idem Dominus Radulphus ad elemosinam dicti Episcopi viginti solidos, et singulis annis, durante dicta Custodia, viginti solidos, solvendos in Festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste ; primo termino solucionis viginti solidorum annuorum predictorum incipiente in Festo Nativitatis Beati Johannis Baptiste proximo secuturo. Et ordinavit ulterius quod, quia sine periculo idem Vicarius non potuit inter sanos ita communiter prout consuevit conversari, quod idem Vicarius habeat meliorem cameram, cum domibus adherentibus eidem, excepta aula, ad inhabitandum, comedendum, et bibendum ; et quod obturetur hostium inter predictam cameram et aulam, et fiat hostium de novo ad predictam cameram exterius, in loco competenti, per quod idem Vicarius, cum opus fuerit, egressum habeat et ingressum ; et cloaca, similiter, ad dictam cameram, in loco competenti. Item, quod prefatus Dominus Radulphus solvat dicto Vicario, singulis septimanis, pro sustentacione sua in cibis, potibus, et calceatura, et ceteris minutis necessariis, duos solidos sterlingorum ; et singulis [annis], in Festo Sancti Michaelis in Septembri, vel circiter, viginti solidos pro roba sua ; quodque sustineat domos dicte Vicarie, tam illos quas inhabitat dictus Vicarius quam ceteras domos omnes dicte Vicarie ; et omnia onera ad dictam Vicariam spectancia interim subeat et agnoscat. Et super dicta Ordinacione habuit Literas tantum ; 89b.

St. Newlyn,—

—Commission, directed (13 June, 1310) to the Dean of St. Crantock, to receive the confessions of certain debtors there, who had kept back from Roger de Otery, Chancellor of Exeter, certain portions of the revenues of the Rectory of St. Newlyn (appropriated to the Chancellorship); and to take such steps as might be necessary; 52b.—*See* Cargaul; 117.

St. Paul (*hodie* "Paul," near Penzance),—

In Ecclesia Beati Thome Martiris de Glasney, xxij die mensis Augusti, Frater Ricardus de Gloucestre, Procurator Abbatis et Conventus de Hailis, Ecclesiam Sancti Pauli in Cornubia optinencium in proprios usus, nomine Dominorum suorum predictorum et Parochianorum dicte Ecclesie, ad ipsorum excusacionem supplicavit Episcopo, tunc presenti, quod placeret eidem ad dictam Ecclesiam declinare, ut quatuor Altaria de novo facta in eadem consecraret; eodem Episcopo respondente quod ad id tunc non vacabat eidem, set eosdem Abbatem et Conventum, ac eciam Parochianos, usque ad proximum adventum suum ad Partes Cornubie, habuit super hoc, ut dicebat, ut tunc, pro legitime excusatis; 108.

—Licence granted to the Abbat and Convent of Hayles, to put this Benefice ["Sancti Pauli in Penwithe," MS.], out to farm from Michaelmas, 1317, for one year (1 Aug., 1317); 120b: again, for two years from Michaelmas, to Richard de Trewarveneth, clerk (3 Aug., 1320); 150b.

St. Perran-Uthno (*see* page 10) [Udno parva, MS.],—

Robert Bythewalle, R,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (11 Feb., 1308-9); 38. He put the Benefice out to farm, for three years from 12 Feb., 1308-9), to Sir Thomas de Stapeldone, for 17 marks a year, to be paid in equal portions on the Feasts of the Purification, the Exaltation of the Holy Cross, and S. Peter and S. Paul; the said Thomas to sustain all ordinary, and the Rector all extraordinary burdens, and to keep up the buildings; *ibid.*—Sir Adam, priest, R.,—"Licencia standi in obsequiis Domini Johannis de Carmynou, Militis," for the year ending Michaelmas, 1321 (9 Sept., 1320); 151.

St. Perran-Zabulo [Sancti Pyrani, MS.],—

The Bishop grants Sequestration to Sir Wm, de Mileborne, R. of Larihorn (St. Ruan-Lanyhorne), 1 Aug., 1309; 42b.

William de Tresimpel, the V., being very old and infirm, the Bishop appointed Sir Wm. de Trewowen, priest, his coadjutor (5 Feb., 1309-10).—"Et memorandum quod Dominus Willelmus de Milleborne, Rector Ecclesie de Larihorn, manucepit coram Domino pro dicto Domino Willelmo de Trewrowen (*sic*) quod diligenter et fideliter faciet omnia et singula etc.; 47.—Again, Michael de Trewroneck, priest, was appointed his coadjutor, "interdicta eidem Willelmo administracione omnimoda bonorum ad eandem Vicariam pertinencium, ita quod predictus Michael inveniat eidem Willelmo, citra Festum Sancti Michaelis proximo futurum, singulis septimanis, singulos decem et octo denarios, et post dictum Festum, singulis septimanis, duos solidos eidem inveniat pro sui sustentacione, et de residuo hospitalitatem teneat, et omnia onera . . . . persolvat" (13 August, 1310); 54.

St. Probus,—

Commission directed to the Dean of "Powderchire" and the V. of St. Probus,—for the Sequestration of the revenues of (the Precentor of Exeter, as) R. of St. Probus and of all the Canons there; the accounts to be sent to the Bishop (11 March, 1308-9); 38b.

—*Taxacio Vicarie Sancti Probi*:—

The Bishop had officially visited this Collegiate Church (which was also Parochial), and had found that not only was the Vicarage "non taxata in certis porcionibus," but that so large a proportion of the revenues was absorbed by the Canons that an altogether insufficient sum remained for the sustentation of the Vicar. Accordingly, he cited the Treasurer of Exeter, the Canons holding Prebends in St. Probus, and all others concerned in the matter, and proceeded to the

Taxation of the Vicarage; ordaining—"quod Vicarius qui nunc est, et ejus successores, nomine Vicarie predicte, habeant totum mansum quod idem Vicarius nunc inhabitat, cum tota terra, quam similiter nunc occupat, ad idem pertinente; quod mansum et que terra ad Prebendam quam Martinus de Suttone in predicta Ecclesia optinet antea pertinebant. Habeant, eciam, omnes minutas decimas et totum altilagium Ecclesie supradicte et Capellarum ejusdem. Item, habeant a Willelmo de Harpedene, Canonico in eadem Ecclesia prebendato, et ejus successoribus predictam Prebendam optinentibus, annuam Pensionem dimidie marce tantummodo, singulis annis, in Festo Sancti Michaelis persolvendam. Cetera, autem, in quibuscumque bonis, juribus, seu rebus pertinentibus, divisim ad Canonias et Prebendas seu quecumque Beneficia ipsius Ecclesie consistant ipsis Canonicis, Prebendariis, et Beneficiatis; illis dumtaxat exceptis que superius predicto Vicario parcialiter sunt assignata per omnia semper salvis. Solvant, autem, iidem Vicarii Martino de Suttone, Canonico in eadem Ecclesia prebendato, et ejus successoribus predictam Prebendam optinentibus, singulis annis, in Festo Sancti Michaelis, decem solidos annue Pensionis. Item, predicti Vicarii, suis sumptibus, agnoscant omnia onera ordinaria ejusdem Ecclesie et Capellarum ejusdem, ad Rectoriam et Vicariam de jure vel consuetudine pertinencia, tam in Libris, Ornamentis Cancelli, Procuracionibus Archidiaconorum, et aliis hujusmodi oneribus universis; hoc excepto, quod Procuracionem Episcopi Exoniensis, vel alterius Superioris, predictam Ecclesiam seu Collegium ejusdem visitantis, non persolvant, nec quicquam contribuant ad eandem. Extraordinaria, vero, a predictis Thesaurario, Canonicis, et Vicario, secundum Taxacionem singularum Porcionum prius inde factam, persolvantur; ita, videlicet, quod quilibet solvat pro Porcione sua secundum eandem Taxacionem quam per presentem Ordinacionem et Taxacionem Vicarie diminui nolumus vel augeri. Salva nobis et successoribus nostris potestate dictam Vicariam augmentandi, etc.—("die Lune proxima ante Festum Sancti Marce," Evangeliste, videlicet octavo Kalendas Maii,"—24 April, 1312); 74b.

—*See* Bisiman, William de; 43b: *also*, St. Kea; 55, 56.

St. Ruan-Lanyhorne [Larihorn, MS.],—

William de Mileborne, R.,—Licence of non-residence, for a year, to study, etc. —"duodecimo Kalendas Maii,"—(20 April), 1310; 49b.—Master Henry Bloyou, R.,—Commissioned to deal with all Causes in the Consistory Court, in the absence of the Official-Principal (20 Sept., 1320); 151b.

St. Stephen's-by-Saltash ["Ecclesia de Esse, in Cornubia],"—

Peter de Skeltone, R.,—Licence of non-residence till Pentecost [18 May, 1310], to study, etc. (29 Dec., 1309); 45b: again, "Licencia commorandi in Scolis per biennium, in Partibus transmarinis, vel in Anglia, prout elegerit; ita, tamen, quod singulis hujusmodi annis, si in Anglia fuerit, saltim semel in Adventu predictam Ecclesiam suam visitet, et per totam Quadragesimam residenciam in eadem faciat personalem" (12 Oct., 1315); 110b.—Roger Daudele, R.,—Licence of non-residence till Midsummer, 1323 (9 April, 1322),—"dabit xl solidos," 167b.—Renewed, for two years (22 Aug.), and extended to three years (21 Dec.); 168.

St. Stephen's in Brannel,—

Thomas de Branel, R., accolite (22 Feb., 1308-9; 220),—Licence of non-residence for two years, to study, etc (24 Oct., 1308); 36: again (subdeacon), till Michaelmas, "ut insistere valeat studio literarum" (10 May, 1310); 51: again, from Michaelmas, 1310, to Michaelmas, 1311 (6 Aug., 1310); 53b: again, till Michaelmas (30 Nov., 1311); 66b: again, [Sancti Stephani in Poudere (*margin*, in Branel), MS.], for a year, "ex causis certis et legitimis," and it is added that "super hoc non habuit Literas, et ex hoc, et ut Dominus dimittat in pace eundem super hiis que contra eum ex Officio suo inchoavit, prout patet in Rotulo Placitorum de Cornubia, respiciet clemenciam Domini" (3 Nov., 1321),—"x marcas"; 162: again, till Easter (27 March), and for three years afterwards (granted at Chudleigh 2 Feb., 1322-3; received, 8 March, at Crediton),—"et [Dominus] fecit finem super hoc, per Dominos Johannem de Treiagu et Johannem de Carminou,

pro vj libris; solvendis—xl solidos in Festo Beati Michaelis, xl solidos in Festo Paschæ, et residuos xl solidos in proximo tunc Festo Michaelis"; 172.

St. Stythians,—

Sir Roger de Carminou, R.,—Commission, directed to John de Godrevi, R. of St. Perran-Uthno (13 Oct., 1317).—For two years, or more, Carminou had been, "propter ipsius manifestam offensam, ad instanciam Minou et Ricardi, fratrum suorum, dudum contractam, Majoris Excommunicacionis Sentencia innodatus; [cumque] sint illi merito fructus Ecclesiastici subtrahendi cui Ecclesie Communio denegatur, nosque prefato Domino Rogero fructus hujusmodi subtraximus per Decretum, etc." The Custody was given to Godrevi, and the Rector was forbidden to interfere; 123.

St. Vepe,—

Commission, directed to Roger de Otery, as to the deprivation of Thomas de Euty, "qui se dicit Vicarium esse Sancti Vepi" (10 Aug., 1308); 35.

St. Wendron,—

Master Ralph, V.,—Licence to farm the revenues of the Rectory for five years, the Abbat and Convent of Rewley ["Regalis Loci juxta Oxoniam," MS.] consenting (14 May, 1324); 180.

Sake, Henry, R. of St. Mary-Arches, Exeter; 161.

Salcombe-Regis, *see* Branscombe (*Inst.*), 126[b].

[*Visitations,*—

I.—(On the day after the first Visitation of Branscombe, and by the same Visitors), "Die Mercurii sequente," i.e. 12 July, 1301,—

Defectus Librorum Matutinalium de novo suppletur per Capitulum, qui contulerunt nuper Ecclesie unum bonum Portiforium. Et est ibi quoddam novum Psalterium per se. Antiphonarium vetus et putrefactum —et Legenda similiter— penitus dilaniatum per necligenciam Vicarii, qui eos in loco humido jacere permisit. Duo Calices sufficientes. Tria paria Vestimentorum plenaria. Tria paria Corporalium, cum suis repositoriis. j superpellicium cum rocheto sufficiente. Crismatorium cum sera. Ymago Beate Virginis, de cujus nomine est Ecclesia, vetustate mutillata (*sic*) et insufficiens. Missale bonum, cum nota. Unum Gradale, novum et bonum, cum Tropario et Processionali in eodem. Vexillum novum et honestum. Aliud vetus et abjectum. Crux Processionalis sufficiens. Cancellum discoopertum; set est in cooperiendo. Celatura ultra Majus Altare corrigenda. Pixis ad Eukaristiam de cupro, sine sera. Duo fiole sufficientes.

Parochiani dicunt quod Robertus, Vicarius, competenter facit ea que ad Divinum spectant Officium. De aliis Articulis nichil deponunt, quia nichil sciunt, ut dicunt.

Jurati,—Johannes le Kynge, Reginaldus Haueke, Willelmus de Hyndeburghe, Petrus Sanguyn, Robertus de la Slade, Willelmus Machoun, Willelmus le Messer, et Willelmus Hamelyn, jurati, dicunt—quod Magister Petrus, nunc Firmarius ipsorum, bene manutenet eos et defendit, nec est eis injuriosus in aliquo. Et dicunt quod sunt in Manerio predicto de redditu assiso xv*li.* ix*s.* Valorem Dominici nesciunt estimare, nec perquisitum Curie seu Capituli. Molendinum est in fieri novum; et valet per annum iiij marcas. Item, dicunt quod presens Firmarius nichil recepit a predecessore suo pro defectibus subplendis. Et quod recepit omnes domus de Chevilstone debiles; set modo omnes corruerunt, vel sunt in corruendo, et possunt reparari per iiij marcas. Dicunt, eciam, quod una bona grangia, cum alia magna domo, ibi sufficeret. Reparacionem stabuli prostrati apud Saltecumbe estimant ad xl*s.*; coquine, iij*s.*, warderobe, xij*d.* Item, dicunt quod Firmarius melioravit Manerium in domibus apud Donscumbe de novo constructis, clausis factis, et alias, ad valenciam xxv marcarum; et nichilominus estimantur defectus domorum de Donscumbe, nunc apparentes, ad xl*s.* Preterea, dicunt quod servicia ipsorum quedam, et pro majori parte, extenduntur in redditum; et alia faciunt sicut ab antiquo facere consueverunt.—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *page* 35.

II.—*Visitacio apud Saltcumbe, post mortem Petri de Insula,*—"facta die Lune

proxima post Festum Sancti Mathie, Apostoli, Anno Domini, M° CCC° secundo [25 Feb., 1302-3] per Magistros Johanneu de Upavene et Robertum de Veteri Terra, Senescallos Scaccarii Beati Petri Exoniensis.

In presencia quorum Adam de la Knolle, Petrus Sanguyn, Reginaldus Hauek, Willelmus Hayward, Willelmus Hamelyn, Willelmus Machun, Robertus Genever, Willelmus Hyndeburghe, Thomas Athelard, Ricardus Faber, Johannes le Hopere, Henricus de Hilleweye, Ricardus de Hilleweye, Johannes de la Knolle, et Johannes de la Burghe, jurati, dicunt quod defectus molendini potest repparari per centum solidos; et illi defectus contigerunt tempore Magistri Petri. Defectus grangie decimalis, juxta dictum molendinum, potest repparari per xxs.; et hoc ut prius. Et dicta grangia potest erigi sufficienter per quinque marcas. Item, columbare per xs., tempore Petri Firmarii. Bercaria de Saltcumbe per xs. Vivaria et fosseta possunt mundari eciam et repparari per xs. Defectus Aule, camere, warderobe, et celarii, cum omnibus infra contentis, possunt repparari per lxs. Defectus coquine per xxs. Stabulum quod Dominus Firmarius ibidem invenit vix valuit xls.; quod corruit tempore suo, et potest erigi competens ad Manerium per Cs. Gardinum deterioratur per ventum, tempore Petri Firmarii, per xxs. Item, dicunt quod apud Donescumbe magna grangia in nullo deterioratur tempore dicti Firmarii; veruntamen defectiva est ad estimacionem v marcarum. Item, dicunt quod grangia decime deterioratur, tempore suo, ad estimacionem xls., et potest repparari sufficienter per xls.; quia oportet de novo repparari. Hostium boverie potest reparari per xij*d*. Domus ad plaustra deterioratur tempore predicti Firmarii per vs., et potest fieri sufficienter per xls. Dicunt, eciam, quod erexit ibidem novum stabulum juxta portam, et bonam portam; Aulam, cum camera, et granarium, cum warderoba; boveriam cum stabulo, et bercariam. Item, dicunt quod apud Chevelistone fuit quedam domus, que corruit tempore predicti Firmarii, et potest reparari eque bona per xls. Item, est ibi alia domus, que deterioratur ad xxs., et potest fieri sufficienter per xls. Hostia boverie possunt reparari per iiijs. Grangia deterioratur tempore predicti Firmarii ad xxs., et potest fieri sufficienter ad illum locum per x marcas. Item, dicunt quod apud Suetecumbe fuit una domus, que corruit tempore predicti Firmarii, et hoc de consensu Decani et Capituli, qui non curarunt de ea quia non fuit necessaria, pro eo quod domus de Chevelistone sufficiunt modo, quas tunc temporis non habuerunt. Poterit, tamen, erigi consimilis per xls. Dicunt, eciam, quod apud Chevelistone erexit medietatem unius boverie, loco veteris que corruit. Item, est ibi quedam Capella pertinens ad Ecclesiam de Sydebyri discooperta; set ad quem spectat repparacio ejusdem ignoratur. Postea, de consensu Decani et Capituli, inter Firmarium de Saltcumbe et Executores Magistri Petri de Insula convenit quod dictus Firmarius habeat a dictis Executoribus de bonis defuncti tantummodo viginti unam libras sterlingorum pro repparacione defectuum ibidem, et quod illam peccuniam tantummodo in repparacione defectuum predictorum convertere teneatur.

Summa defectuum qui contigerunt suo tempore in singulis locis, preter Suetecumbe —xxj*li*.—Summa defectuum ad sufficienter repparandum in singulis locis—xxxiiij*li*. vjs. viij*d*.—*ibid.*, *page* 40.

III.—*Visitacio Ecclesie de Saltcumbe*, facta per Magistros R. Germeyn et J. de Upavene, die Veneris proxima ante Festum Sancte Trinitatis [19 May], Anno Domini M° CCC^mo septimo,—

Pixis ad Eukaristiam de cupro, et sine serura. Celatura deficiens super Majus Altare. Crismatorium male depictum, sine serura. Duo Calices quorum pedes loccant. j par Vestimentorum valde debile; et defficit *(sic)* unum par Vestimentorum de proxima Visitacione. Unum superpellicium tantum cum rocheto integro; et deficit unum superpellicium de proxima Visitacione. Missale bonum, set male ligatum in principio. Duo Vexilla bona. Gradale bonum. Cancellus male coopertus. Manuale penitus insufficiens. Ordinale nullum. Una fenestra vitrea fracta in Cancello. Unum Psalterium tantum, male ligatum. Baptisterium male lotum. Una Capella Beate Marie Magdalene discooperta, in parte Occidentali Ecclesie, per prostracionem unius fraxis. Velum Nupciale deficit. Frontella deficiunt. Manutergia deficiunt. Nullus est ciphus infirmorum.

Adam Attaknolle, Petrus Sangun, Thomas Michel, Willelmus le Hayward, Willelmus Hamelyn, Robertus Genever, Willelmus Hyndeburghe, Thomas Hallard, Galfridus Gybbe, Ricardus Faber, Henricus Hyldeweye, Ricardus de Hyldeweye, Johannes de la Knolle, et Johannes de la Burghe, Parochiani, jurati dicunt,—

Ad primum Articulum—quod Vicarius bene instruit eos, et festinanter visitat infirmos.

Ad secundum Articulum dicunt—quod Dominus bene tenet eos, et non est eis injuriosus, gravando eos injuste; et bene defendit eos. Item, de redditu—in eodem statu tenet sicut invenit; de consuetudinibus antiquis—nichil, de novo impositis lege. Dicunt quod omnes prepositi solebant habere prandium a Festo Sancti Petri ad Vincula usque ad Festum Sancti Michaelis, et modo deficiunt, pro tempore nunc Firmarii tantum. De terra alienata—nichil. De servis libertati donatis—nichil. De dominico meliorato, vel non—dicunt quod, in iij acris terre marliatis, unam virgam et dimidiam virgam, xxxv*s*. ix*d*. De gardinis sive pomeriis, piscariis, pratis, columbariis, claustris sive clausis, et molendinis, dicunt quod nullum inveniunt defectum per Firmarium, nisi per ventum. De averagio—nichil. De instauro recep[t]o—nichil debet remanere.

Emendacio defectuum apud Salcumbe, per Magistrum Walterum de Stapeldone,—

Inprimis, per Thomam Michel, Anno E[dwardi I] xxxj°,—In uno molendino de novo facto viij*li*. xviij*s*. iiij*d*.—Item, per Robertum Genever, prepositum ibidem anno sequenti, in custu domorum x*s*. v*d*. *ob*.—Item, per eundem, in novo stabulo, cum cariacione meremii et furagio ad cooperturam, cum porta, liij*s*. iiij*d*. Item, per Galfridum Gibbe, prepositum ibidem anno sequenti, in edificiis emendendis (*sic*) et in fossatis reparandis, de defectibus Petri de Insula, xxvj*s*. v*d*. *ob. quad*.—Item, per eundem, in nova grangia de Chevelistone, viij*li*. ij*s*. viij*d*. *ob. quad*., sine cariacione calcis et tocius meremii ad estimacionem xl*s*.—Item, per Thomam eundem, ad perficiendum dictam grangiam lxv*s*. x*d*.—Item, per eundem, ad faciendum quendam novum parcum apud Chevelystone, liij*s*. iiij*d*.—Item, in bordis, emptis per Dominum, et missis apud Salcumbe, ad reparacionem ostiorum grangiarum et aliarum domorum, cum custu cariagii, per estimacionem xl*s*. Item, in emendacione Cancelli, iiij*li*. xviij*s*. viij*d*. Et pro cariagio petrarum et calcis x*s*.—Item, pro emendacione domorum, et molendinorum, et clausorum anni presentis xxxj*s*. vj*d*. *ob*. Et dicunt quod nullum erit proficuum Firmario de vivario perficiendo.—Qui dicunt quod nullus est defectus, ad presens, pertinens ad reparacionem Firmarii; et dicunt quod Magister Walterus, nunc Firmarius, postquam firmam recepit ibidem, et post ultimam Visitacionem, expendidit (*sic*) in repparacionem defectuum, qui fuerunt ibidem tempore quo firmam recepit, tam in domibus quam in aliis, per manus diversorum prepositorum xxxviij*li*. x*s*. viij*d*. *ob. quad*. Et dicunt quod non est ad utilitatem Manerii quod reparetur vivarium antiquum.—*ibid*., *page* 48.]

Saltcumbe, Martin de, inst. to Shebbear; 41.

Saliciis, Boneface de; L 214.

Salisbury, the D. and C. of; Patrons of Kenton; 151[b]: of West Alvington; 169.

Sampford-Courtenay,—

Sir Reymund de Sully, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, 1312, to study, etc. (19 Oct., 1311); 64[b]: renewed for two years ("sexto Kalendas Aprilis"—27 March, 1312); 69[b]: again, "Licencia ut ab instanti Festo Sancti Michaelis proximo secuturo stare possit cum Domina, matre sua, quamdiu eidem Domino placuerit, absque personali Residencia in Ecclesia sua facienda; ita quod, interim, singulis annis solvat xx solidos in Fabricam Ecclesie Exoniensis, pro disposicione ejusdem Domini convertendam (*sic*); quodque pauperibus parochianis dicte Ecclesie, pro tempore hujusmodi sue absencie, competentem assignet et solvat de bonis ipsius Ecclesie porcionem" (18 Sept., 1319); 142[b].

Sampford-Peverell,—

Nicholas de Esse, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (8 July, 1324); he was to take subdeacon's Orders within the year; 180[b].—*See* "Dedications"; 126[b].

Sancta Elena, Wm. de, *see* "Wills"—Quivil; L 200.

Sancta Margareta, Richard de, collated (*by lapse*) to a Portion in St. Endellion; 71. *See* St. Endellion (*Inst.*); 84, 113[b].

Sancta Margareta, Walter de, Canon-Regular of Bodmin ; 71.

Sancti Kaveriani, Isabella, *see* St. Colan ; 83^{b}.

Sancto Albano, Elias de, *see* Bradninch ; 36, 39^{b}, 56^{b}.

Sancto Amando, John de, *see* Dittisham ; 115.

Sancto Claro, Egidia de, *see* Little Torrington (*Inst.*) ; 71^{b}.

Sancto Constantino, Roger de, R. of Silverton ; 43^{b}, 62^{b}, 128^{b} : deceased ; 169.—*See* L 201, 214, 214^{b}.

Sancto Cuthberto, Roger de, Canon-Regular of Bodmin ; 71.

Sancto Edwardo, John de, "Custos" of (French) Alien Priories in Cornwall ; L 204^{b}.

Sancto Genesio, Robert and Symon de, *see* Otterham *and* Washford-Pyne (*Inst.*).

Sancto Germano, Henry de, inst. to Meshaw ; 110, 123.

Sancto Germano, Walter de, inst. to St. Minver ; 130.

Sancto Hermete, Martin de, inst. to Sheldon ; 152^{b}.

Sancto Johanne, Edw. de, inst. to Tawstock ; 63^{b} : resigns ; 82.

Sancto Johanne, Henry de, inst. to Doddiscombsleigh ; 45^{b} : deceased ; 56.

Sancto Karentoko, Philip de, inst. to St. Sancreed ; 70.

Sancto Laurencio, Bartholomew de (Archdeacon of Exeter, and R. of Exminster—*see* L 197^{b}), collated to the Deanery of Exeter ; 61^{b} : presents to Bishop's Tawton ; 129^{b} : to Braunton ; 146^{b}.—*See* Powderham ; 115^{b}.

Sancto Laurencio, Bartholomew de [jun.], inst. to Meeth ; 79^{b}, 81^{b}, 100^{b}, 116^{b}, 124 : resigns ; 147 : is inst. to Braunton ; 146^{b}.

Sancto Leonardo, Richard de, inst. to Woolfardisworthy (R.) ; 57, 60^{b}, 69^{b}, 76^{b}.

Sancto Leonardo, Walter de, R. of St. Olavé's, Exeter ; 145^{b}.

Sancto Martino, Richard de, inst. to Little Hempston ; 150^{b} : deceased ; 174.

Sancto Mauro, Sir Nicholas de, Knt., presents to Black Torrington ; 110.

Sancto Stephano, William de, *see* Dean-Prior ; 28^{c}.

Sancto Uvelo, John de, *see* Launceston Priory ; 37.

Sancto Winnoco, Joan de, co-patron of Menhenyot ; 123^{b}.

Sancto Wynnoco, Philip de, V. of St. Sancreed, deceased ; 105.

Sandale, John de [afterwards Bishop of Winchester], collated to a Prebend in St. Crantock ; 102^{b}, 103, 104^{b} : Chancellor of England ; L 207^{b}.

Sanghefele, John de, clerk; L 209b.

Sauser, Robert le; L 188, etc.—*Also*, Robert, son of Peter le Sauser, of Berkhampstead; L 190b, etc.

Scharstede, Bricius de, *see* Rome, Court of; 151.

Scheptone, Gilbert de; L 191.

Schillonde, Rd. de, collated to Farringdon (V.); 83b: resigns; and is inst. to Sheldon; 131: resigns Sheldon; 152b. *See* Ashreigney; 50.

Schillynforde, Philip de, inst. to Instow; 44b.

Schillyngford, Robert de, R. of Dunchideock; 35b: R. of Forrabury (*Ord.*) 240b.

Schillyngford, William de—called, also, "de Stonhouse," *see* Forrabury and Dunchideock (*Inst.*).

Schillingham (in St. Stephen's-by-Saltash), *see* Ferrariis, Wm. de, "Oratories"; 127b.

Schireford, John de, inst. to Meavy; 163b.

Schireforde, Matthew de, inst. to Upton-Hellions; 56b, 64b: resigns, 112b.

Scilly, the Isles of,—

—"Eisdem die et loco ["apud Parcum de Lanerghe," 19 Aug., 1315], emanavit quedam Citacio Priori Insule de Sully, ad citandum quendam Dominum Petrum, dictum Visconte, capellanum, apud Exoniam, ad proximum Diem Juridicum post Festum Sancti Luce Evangeliste, responsurum super eo quod diu tenuit, et adhuc tenet, in fornicacionis amplexu quandam Mabillam de Marghasiou—ad correccionem anime sue"; 107b.

—*Commissio pro Incarcerato petendo,*—

Master William de la Were, appointed by the Bishop (24 Feb., 1316-17), "ad petendum et recipiendum, nomine nostro, a Venerabili et Discreto Viro, Domino Ranulpho de Albo Monasterio, Milite, et Domino Insule de Sully, nostre Diocesis, et ab aliis quibuscumque ipsius Domini Ranulphi Senescallis, Ballivis, et Ministris aliis, in hac parte per ipsum deputatis seu deputandis, Johannem de Were, clericum nostrum in dicta Insula, pro quibuscumque homicidiis, robberiis, seu feloniis aliis, ut dicitur, indictatum, et propter hoc captum, et in dicta Insula sub dominio et potestate prefati Domini Ranulphi imprisonatum, et ad omnia alia et singula cum Canonice cohercionis potestate debite faciendum que in hac parte necessaria [sint] vel eciam oportuna. Ratum habituri et firmum quicquid, etc.; 117b.

—Memorandum quod Johannes de Were liberatus extiterat Magistro Willelmo de la Were, Commissario Venerabilis Patris, Domini Walteri, Dei gracia Exoniensis Episcopi, die Martis proxima post Festum Apostolorum Petri et Pauli (5 July) Anno Domini Mo CCCo xvij, ad petendum et recipiendum eundem Johannem per Dominum Michaelem Petit, Militem, Senescallum Venerabilis Viri, Domini Ranulphi de Albo Monasterio, Militis, Domini Insule de Sully, ad prisonam dicti Patris, pro eo quod idem Johannes cofferam Roberti de Henkastel fregit, et xl marcas felonice asportavit, ut est indictatum.—In cujus rei testimonium sigillum dicti Domini Ranulphi presenti Cedule est appensum.—Datum in Castro de Sulli, die et anno supradictis; 122.

Scot (*alias* Schorham), William le, priest, *see* Bosham; 157.

Scothowe, Wm. de, *see* St. Stephen's-in-Brannel (*Inst.*); 117b.

Scotland; Documents relating to the War,—

Breve de decima concessa Regi per Clerum Cantuariensis Provincie :—

Edwardus, etc., Waltero, etc., salutem.—Notificato vobis, et aliis Regni nostri Fidelibus, ad Parliamentum nostrum apud Westmonasterium in Octabis Sancti Hillarii proximo preteritis, qualiter Scoti nostri rebelles, in sua inveterata persistendo nequicia, post terras nostras et nostrorum Fidelium in dicta Terra Scocie et Marchia ejusdem nequiter occupatas, partes dicti Regni nostri Anglie per depredaciones et facta alia detestanda noviter invaserunt, vos, et ceteri de Clero Cantuariensis Provincie, necessitatis articulum intuentes, pro defensione Ecclesie et Regni Anglie et repulsione dictorum rebellium, decimam proventuum et Beneficiorum vestrorum, anno presenti, curialiter concessistis, quod vos non ambigimus non latere. Verum, cum super solucione decime antedicte, unde una medietas in crastino Invencionis Sancte Crucis proximo preterito [4 May], solvi debuerat, per diversa Mandata nostra, tam sub Magno quam sub Privato Sigillis nostris, vos fecerimus excitari, et vos inde, ac si de nostro et Regni nostri dispendio modicum curaretis, tepide execucionem fecistis, cum de medietate predicta adhuc magna pars aretro existat, in admiracionem inducimur vehementem; presertim cum ad hoc fidelitatis instinctus quo cuncti incole dicti Regni pro defensione ejusdem vires adhibere tenentur, vos reddidisse debuerat promptiores. Quapropter, cum dicti rebelles novissime, diebus istis, execrabiliter et lacius solito sue malignitatis brachia extendentes, jam partes interiores Anglie diversa perpetrando facinora sint ingressi, ac nos, pro repulsione eorum, quosdam de Magnatibus et Milites alios de nostris Fidelibus jam ad dictas partes miserimus, expedicioque tanti negocii expensas requirat necessario sumptuosas, vobis in fide et dileccione quibus nobis et Regali Corone nostre tenemini rogando mandavimus quod quicquid levatum est de dicta decima, et quicquid poterit inde levari, preter illud quod inde retinendum fuerit de solucione ultimi Termini, pro mutuo per vos et Capitulum Ecclesie vestre alias nobis facto, habeatis ad Scaccarium predictum apud Westmonasterium in crastino Sancti Laurencii [11 Aug.] proximo futuro nobis solvendum, ut vestra diligencia in hac parte nos inserveat (*sic*) et inducat in vestris agendis temporibus oportunis Regium adhibere favorem. Et, si super premissis difficultatis alicujus obstaculum, quod nollemus, apponi contigerit, volumus et vobis firmiter injungendo mandamus quod sitis ibidem ad eundem diem coram Consilio nostro, vestrum exhibituri consilium quid super defensione dictarum Parcium et ceterarum dicti Regni consultius sit agendum. Et habeatis ibidem tunc hoc Breve. Teste meipso, apud Westmonasterium, xiij die Julii, Anno Regni nostri nono [1315].

Istud Breve sic fuit retornatum et missum Returnum per Johannem de Lancevetone:—Istud Breve ad nos tam tarde venit quod venire non potuimus ad diem in eodem contentum. Et, quia valde modicam vel fere nullam peccuniam invenimus esse collectam de decima, in recepcione hujus Brevis, ultra id quod alias solutum est, nullam peccuniam de eadem decima mittimus ista vice. Set circa levacionem et colleccionem hujusmodi decime omnem quam potuerimus diligenciam adhibebimus, et quam cito aliquid de eadem levari potuerit in aliqua summa notabili, illud ex tunc celerius quo poterimus ad Scaccarium apud Westmonasterium transmittemus; 107.

---

fol. 131b. *Processus Dominorum Cardinalium contra Robertum de Brus et ejus complices, habitus apud Doveriam,*—

Miseracione Divina Gaucelinus, Titulo Sanctorum Marcellini et Petri, Presbiter, et Lucas, Sancte Marie in Via Lata, Diaconus, Cardinales, Apostolice Sedis Nuncii, Venerabilibus Patribus—Cantuariensi, Eboracensi, Dublinensi, Armachanensi, Cassellensi, et Tuamensi—Archiepiscopis, et aliis eorumdem Archiepiscoporum Suffraganeis, necnon et ceteris omnibus et singulis Episcopis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et quibuscumque aliis Ecclesiarum Prelatis et Rectoribus, ac Ecclesiasticis Personis Secularibus et Regularibus, Cisterciensibus, Cluniacensibus, Cartusiensibus, Premonstratensibus, Sanctorum Benedicti et Augustini, Camaldulensibus, et Sancti Guillelmi, et aliorum quorumcumque non mendicancium et mendicancium Ordinum, et aliis quibuscumque personis tam per Regna Anglie et Scotie quam

terras Hibernie et Wallie, et quecumque alia constitutis, et omnibus et singulis ad quos presentes Litere pervenerint, salutem et sinceram in Domino caritatem. —Dudum Sanctissimus Pater et Dominus noster, Dominus Johannes [XXII], digna Dei Providencia Summus Pontifex, nos ad Anglie et Scocie Regna transmittens, Literas nobis concessit Apostolicas in hac forma,—

Bulla Prima de reformanda Pace.

Johannes Episcopus, servus servorum Dei, dilectis Filiis, Gaucelino, Titulo, etc., salutem et Apostolicam Benediccionem. –Rex excelsus, Summi Regis Filius, Princeps Qui facit concordiam in sublimibus suis et arcem possidet unitatis, cum sacri venit temporis plenitudo quo dignatus est de Throno Celesti ad orbis yma descendere, et per mirabile Nativitatis Beatissime Sacramentum gentibus apparere, pacem in terra per Celestium Angelorum exercitum, gloriose pacis canticum concinentem, bone voluntatis hominibus nunciavit, et demum regressurus ad Patrem, Pacis bonum quod super omne diligebat, tanquam donum gratissimum, dedit Fidelibus et reliquit, ut in Illo Qui est vere Pax nostra persisterent, Ipse dignaretur eligere in eorum cordibus mansionem. Propterea nos, qui vices Ejus in terris quamvis insufficientibus meritis excercemus, Ipsius exemplis salutaribus eruditi, cogitamus Pacis cogitaciones pro filiis, consilia Pacis casta percurrimus, Pacis dulcedinem gratanter amplectimur, et Pacis semina, sine qua bene non colitur Pacis Auctor, inter Catholicos universos, juxta debitum servitutis Apostolice, seminamus, ut ex eis grana Salutis et Glorie colligantur, multiplicatis manipulis gaudiorum, sicque dissensionum ubique turbinibus, Austro flante Celestis auxilii, profugatis, in tabernaculis fiducie sedeat et fecunde Pacis plenitudine requiescat Populus Christianus, malorum timore sublato. Set, ut Pax Dei, que superat omne sensum, Catholicorum Regum et Principum aliorumque Magnatum, flammis odiorum extinctis, corda conciliet intelligenciasque custodiat, pacet mentes, et uniat voluntates, eo desiderabilius cupimus, eoque Paterne sollicitudinis ministerium adhibemus, quo pericula graviora producet discordiarum ipsorum odiosa condicio, et quo pacifici status amena tranquillitas uberiorem affert Pacem pluribus et quietem. Hec est, etenim, mencium amena serenitas, suavis tranquillitatis animorum amoris delectabilis vinculum, et verum consorcium caritatis, quod ipsa quippe bella compescit, iras comprimit, sedat discordias, lites extinguit, rancores fugat et odia procul pellit, que consummatur a Christo cum Fidelibus excercetur. Profecto, dum antiquatam abolim inter carissimum in Christo Filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, et dilectum Filium, Nobilem Virum, Robertum de Brus, inpresenciarum Regnum Scocie gubernantem, et Progenitores ipsorum, dissensionis odiosam materiam in animo recensemus, qui mente revolvimus animarum deflenda pericula et dolendas Fidelium strages innumeras, qui horribile semen ejus illo Sathane flatu pestifero longe diuturnitate temporis, quo alente, produxit, quive multiplicavit dispendia facultatum et enormia frequenter Ecclesiis et Personis Ecclesiasticis intulit nocumenta, quantave pietatis opera—quod mesti referimus—impedivit, et quam dispendiosa paravit obstacula negocio Terre Sancte, et verisimiliter formidatur ne similia preparet infuturum, tanto amplius amaricamur in intimis et dolemus, tantoque acerbioris jaculo punicionis affligimur, quanto Regis et Nobilis eorundem quietem et pacem desiderabilius affectamus, et quanto frequencius circumstancias amaras discordie sepedicte, dicteque Terre Sancte insuperabiles cruciatus nobis interioris consideracionis discussio representat, vias et modos diligencius exquirentes ex quibus circa premissa, Domino dirigente, adhibere salubria remedia valeamus. Ad hec anxia Matris Ecclesie sacra precordia, que zelus vere caritatis accendit, cogitacionibus excitant, curis affluunt, meditacionibus detrahunt, hujusmodi remedia, sub spe Celestis auxilii, cui est facile, res eciam desperatas sive maluimus tarditate perficere studio diligentis solicitudinis prosequendo. Hiis, namque, tenerrimis paterne dileccionis affectus stimulis agitamur, et hiis aculeis instigatus, ut, multis quibus Rex nobilis et Regna predicta malorum incomodis pretextu memorate discordie circumdantur omnino curatis, inter eos unionis lese federa et pacis violate constancia renoventur, Regnorum ipsorum quietem populis productura. Verum, considerantes attencius quod vos bonorum omnium Largitor Altissimus multarum graciarum titulis insignivit, et de creditis vobis dono celesti virtutibus plenam in Domino fiduciam optinentes, vos, licet presencia vestra careamus, mitti ad dicta Regna et Hibernie et Wallie partes, pro Pace inter Regem et Nobilem supradictos, Deo propicio, reformanda, tamquam Pacis Angelos et fervidos concordie zelatores, providimus, de Fratrum
fol. 132. nostrorum consilio destinandos. Quare discrecionem vestram hortamur in

Domino, vobisque per Apostolica Scripta mandamus, quatinus vos ad Regna et Partes predicta personaliter conferatis, pro reformacione Pacis ejusdem operam efficacem, juxta datam vobis a Deo prudenciam, impensuri. Et, ut eo utilius in dicte Pacis procedere negocio valeatis quo majori fueritis auctoritate muniti, dictos Regem et Nobilem, et ipsorum quemlibet, ac gentes et exercitus eorundem, ne alter alterum, aut ipsorum aliquis alterius terras invadat, vel quoquo modo inter se congrediantur hostiliter; set pocius a quolibet hostili processu studeant abstinere. Necnon tractandi, faciendi, et reformandi perpetuam et solidam Pacem et concordiam inter eos, ipsamque per Spirituales penas et sentencias et quascumque permissiones, obligaciones, et juramentorum prestaciones firmandi, vallandi, et eciam roborandi, et disponendi omnes obligaciones, ligas, confederaciones, pacciones, et convenciones, inter quoscumque factas, eciam si juramentis essent vel promissionibus, seu penarum adjeccionibus, aut obligacionibus vel stipulacionibus quibuscumque vallate, ac obstacula et impedimenta quelibet removendi per que hujusmodi reformacio Pacis posset impediri vel quomodolibet retardari; et nichilominus juramenta in dictis obligacionibus, confederacionibus, paccionibus, et convencionibus adjecta forsitan relaxandi; statuendi quoque, ordinandi, providendi, disponendi, firmandi, et paciscendi, super hiis que circa reformacionem dicte Pacis videritis expediri; dictosque Regem et Nobilem ad observacionem Pacis ipsius per Excommunicacionis in personas, et Interdicti Sentencias in Regna et Partes predicta, provincias et terras, castra et loca ipsorum, et privacionem omnium Privilegiorum, Indulgenciarum, et Graciarum, eis, sub quacumque forma verborum, concessorum a Sede Apostolica, si et prout expedire videritis, compellendi; convocandi, eciam, ad certum locum, seu loca, quascumque Personas Ecclesiasticas vel Seculares, cujuscumque status, ordinis, dignitatis, vel condicionis existant, quas pro ejusdem Pacis negocio necessarias vel utiles aut oportunas fore noveritis; et, insuper, excercendi per vos vel alium seu alios in omnes Archiepiscopos et Episcopos, eciam si iidem Archiepiscopi vel aliquis eorundem Primacie Dignitate fulgerent seu, racione suarum Ecclesiarum, Legacionis Officii fungerentur, et in omnes alios Cathedralium et aliarum Ecclesiarum, Secularium et Regularium, Monasteriorum et Domorum, exemptorum et non eexmptorum, Prelatos, Capitula, et Conventus, et alias Personas Ecclesiasticas; necnon in omnes et singulos Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, et Nobiles, Rectores, Senescallos, Justiciarios, Ballivos, Scabinos, Castellanos, Officiales, et quosvis Dominos Temporales quocumque nomine censeantur; Consilia eciam communia, Universitates ac Populos, et quascumque alias Personas Seculares, publicas et privatas, cujuscumque status, dignitatis, vel condicionis existant, qui vestris supradicte Pacis negocio parere contempserint monitis et mandatis, aut alii in negocio ipso contradictores vel impeditores aut turbatores dicte Pacis extiterint seu rebelles, publice vel occulte, Censuram Ecclesiasticam exercendi, ipsorumque terras subjiciendi Ecclesiastico Interdicto, et privandi eas omnibus Privilegiis, Indulgenciis, Graciis, Libertatibus, et Immunitatibus, realibus et personalibus, eis a dicta Sede concessis, ac feodis, juribus, jurisdiccionibus, honoribus, officiis, et quibuscumque bonis, que a Romana et quibusvis aliis tenent Ecclesiis; vassallos, subditos, et homines eorundem, ac juramento fidelitatis et quacumque obligacione quibus tenentur eisdem, absolvendi, ac reddendi eos intestabiles, ita quod nec condere testamentum nec ad cujusquam ex testamento, vel ab intestato, possint successionem admitti; ipsosque reddendi inhabiles et indignos ad honores, status, et quelibet Officia publica inposterum optinenda vel eciam excercenda; et, insuper Archiepiscopos et Episcopos antedictos ab Administracione Spiritualium et Temporalium Ecclesiarum suarum suspendendi, et citandi peremptorie, si videritis expedire, quod se, certo eis competenti termino prefigendo, personaliter Apostolice Sedis conspectui representent, nostris et Apostolice Sedis mandatis et beneplacitis parituri; ac Prelatos, Clericos, et Personas Ecclesiasticas supradictas, eisdem Archiepiscopis et Episcopis dumtaxat exceptis, omnibus Prelaturis, Dignitatibus, Personatibus, Officiis, Administracionibus et aliis Beneficiis Ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, que ubicumque optinent, privandi, et ea, cum interposicione Decreti, reservandi disposicioni nostre et Sedis ejusdem, ipsosque ad illa, et eciam filios quarumcumque Personarum, de quibus vobis videbitur expedire, reddendi inhabiles et indignos ad similia et quelibet alia Ecclesiastica Beneficia optinenda, et omnia alia et singula faciendi et exequendi per que negocium Pacis ejusdem commodius valeat consummari; non obstantibus si Archiepiscopis et Episcopis et Prelatis, ac Regi et Nobili,

Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Senescallis, Justiciariis, Ballivis, Communitatibus, Universitatibus, Populis, et Personis, et aliis supradictis, et singulis eorundem, vel quibusvis aliis, per dicte Sedis Literas sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari, dictaque Regna, Partes, et Provincie, ac terre seu loca Ecclesiastico Interdicto per Literas Apostolicas subici non possint, et quibuscumque Consuetudinibus, Ordinacionibus, vel Statutis, juramento, confirmacione Apostolica vel quacumque alias
fol. 132b firmitate vallatis, ac Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, prefatis Regi et Nobili, seu quibusvis Personis, Locis, vel Ordinibus, sub quacumque forma, modo, aut verborum expressione concessis, de quibus, quorumque totis tenoribus, plenam et expressam, ac de verbo ad verbum oporteat specialem in nostris Literis fieri mencionem, et per que Presencium effectus posset impediri quomodolibet vel differri, vobis, et unicuique vestrum, plenam et liberam concedimus tenore Presencium potestatem.—Datum Avinione, xvj Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo [17 March, 1317].

Sec. unda Bulla, ad compellendum ad Pacem R. de Brus.

ITEM,—Johannes Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis Gaucelino, etc. *ut supra.*—Cum vos ad Anglie et Scocie Regna ac Hybernie et Wallie Partes, pro Pace inter carissimum in Christo filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, et dilectum filium, Nobilem Virum Robertum de Bruys, qui Regnum Scocie impresenciarum dicitur gubernare, Deo propicio reformanda, tanquam Pacis Angelos de Fratrum nostrorum consilio destinemus, nos, cupientes ut ejusdem Pacis negocium, submotis impedimentis quibuslibet, prosperum—Deo propicio—sorciatur effectum, prefatum Robertum, si ejusdem Pacis reformacioni forsan assentire non vellet in hac parte, vestris acquiescere monitis non curaret, ad id per Censuram Ecclesiasticam et alias penas Ecclesiasticas, prout suadebit justicia, compellendi, necnon absolvendi omnes vassallos et subditos dicti Roberti a juramento fidelitatis quo eidem Roberto tenentur, ipsosque a dominio et subjeccione ipsius Roberti eximendi, ac, insuper, omnes colligaciones, conspiraciones, confederaciones, pacciones, et convenciones, factas inter dictos Robertum et quoscumque alios, aut inter seipsos forsitan absque eo, super adjutorio vel subsidio aut favore dicto Roberto, circa invasionem aut inpugnacionem Regni Anglie aut Parcium Hibernie vel Wallie predictarum, seu quarumvis terrarum vel insularum dicti Regis Anglie quomodolibet impendendo, seu per quos dicte Pacis negocium impediri vel differri posset, eciam si colligaciones, conspiraciones, confederaciones, pacciones, et convenciones ipse juramentis essent vel promissionibus, penarum adjeccionibus, aut obligacionibus, seu stipulacionibus quibuscumque vallate, ipsaque juramenta sub quibuscumque modo et forma, vel expressione verborum forent prestita, relaxandi, et eos quidem ab eorum observacione, ac fautores ejus et adherentes eidem, ut ab ipsius favore et sequela penitus resipiscant et omnino recedant, per Excommunicacionis in Personas et in terras eorum Interdicti Sentencias, ac publicacionem ac aggravacionem ipsarum, per vos vel per alium seu alios compellendi, et omnia alia et singula faciendi et eciam excercendi que circa premissa videritis expedire; non obstantibus si dicto Roberto vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut terre eorum Ecclesiastico Interdicto subici non possint, per Literas Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujusmodi mencionem, et quibuslibet Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que hujusmodi vestre jurisdiccionis explicacio posset quomodolibet impediri, plenam vobis et unicuique vestrum concedimus, tenore Presencium, potestatem.—Datum Avinione, xvj Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo [17 March, 1317].

Tercia Bulla, ad procedendum contra R. de Brus.

ITEM,—Johannes Episcopus, etc., Gaucelino, etc. (*ut supra*).—Cum vos ad Anglie et Scocie Regna et Hibernie et Wallie Partes, pro magnis et arduis negociis, destinemus, nos, volentes aliqua vobis committere per que malignorum temeritas compescatur, contra Nobilem Virum, Robertum dictum de Brus, qui Regnum Scocie gubernat ad presens, et quosvis alios quos Excommunicacionis Sentenciam repereritis sustinere animis induratis, prout suadebit justicia procedendi, non obstantibus quibusvis Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, eisdem Roberto, vel quibusvis aliis, sub quacumque verborum forma concessis, de quibus quorumque tenoribus plenam et expressam oporteat in Presentibus fieri mencionem, liberam vobis et unicuique vestrum concedimus, tenore Presencium, potestatem.—Datum Avinione, xvj Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo [17 March, 1317].

Quarta Bulla. de Indiccionetreugarum.

ITEM,—Johannes Episcopus, etc., ad futuram rei memoriam.—Vocatis nobis, licet insufficientibus meritis, ad Apostolatus Officium, occurrit, quasi confestim, consideracionis nostre conspectui acerbis infesta molestiis periculosa dissensio, quam inter carissimum in Christo filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, et dilectum filium, Nobilem Virum Robertum de Brus, gerentem se pro Rege Scocie, incentor malorum omnium suscitavit, amotas nobis suas circumstancias quas frequenter, dum nos minor status haberet, inter pectoris claustra revolvimus, presentandum. Hinc, etenim, se offerebant et offerunt nostris optutibus impedimentum proinde facile receptura pia Dei negocia, et precipue Terre Sancte deserte incolis Christi Fidelibus ipsorumque destitute suffragiis; cui, Catholicis Principibus distractis ad bella similia, consolator aliquis non assistit ex omnibus caris suis; hinc se ingerebant et ingerunt animarum pericula, Christiani sanguinis non levis effusio, gravia rerum dispendia, et idcirco [non] solum ipsorum dissedencium suarumque gencium, set et quam plurimum aliorum in ipsorum conjunccione, periculosa turbacio pariter et dampnosa. Hec, quidem, nostri cordis intima stimulant, acribusque stimulis nostrum interpellant officium, ut ad occurrendum per oportuna remedia tanto Religionis Christiane discrimini cicius exurgamus. Attendentes, igitur, quod ad nos, qui licet immeriti vices Regis Pacifici gerimus ac plenitudine fungimur Apostolorum Principi suisque
fol. 133. Successoribus ex Alto concessa, singulariter pertinet in Universali Ecclesia cunctaque Congregacione Fidelium Pacem querere, ac ipsam facere diligencius observari, inter prefatos Regem Anglie et Gerentem se pro Rege Scocie, Auctoritate Apostolica, trugas, quarum fedus ymaginem Pacis inducit, indicimus usque ad biennium duraturas; ac in eos et omnes et singulos eorum adjutores et violatores, sequentes, consiliarios, complices, et eciam adherentes, trugas infringentes vel quomodolibet non servantes, Excommunicacionis Sentenciam promulgamus; non obstante si Regi et Gerenti predictis aut ipsis adherentibus, seu cuivis eorundem, a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari non possent, etc. (*ut supra*). Trugas, autem, et Sentencias antedictas a die notificatcionis seu publicacionis ipsarum suum effectum volumus optinere. Vassallos, insuper, et subditos Regis et Gerentis predictorum a juramento Fidelitatis, quo eis vel alteri tenentur astricti, quantum ad hujusmodi guerre seu dissensionis articulum, sicut in illicitis, eis obedire non debeant, per idem tempus absolvimus, et nichilominus promissiones et obligaciones que inter Regem et Gerentem predictos, et quoscumque alios, super belli seu conflictus utrinque committendi processu, necnon confederaciones, colligaciones, et pacciones, que inter ipsum Regem et quosvis alios, ex una parte, ac predictum Gerentem et alios et quoscumque ex altera, intervenerunt, pro ipsa fovenda discordia, utpote contra bonum Pacis presumptas illicite et attemptatas, in Divine Magestatis offensam, ac quascumque penas adjectas et juramenta prestita super hiis, sub quibuscumque forma, modo, vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc nulla decernimus fore, et quatenus de facto processerint irritamus. Nulli, ergo, omnino hominum liceat hanc Paginam nostre Indiccionis, Promulgacionis, Absolucionis, Constitucionis, et Irritacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, se noverit incursurum.—Datum Avinione, Kalendis Maii, Pontificatus nostri Anno Primo [1 May, 1317].

Quinta Bulla de Interdicto et Inhabilitacione.

ITEM,—Johannes Episcopus, etc., Gaucelino, etc. (*ut supra*),—Crescit facile in immensum inpunita temeritas, cum una inpunitas ausum in aliis parare soleat et ausus excessum persepe producat. Quante, autem, temeritatis fuerit, hiis diebus, Roberti de Brus, Regnum Scocie nunc regentis, suorumque in hac parte complicum effrenata presumpcio, non expedit vobis longo sermone retexere, ne doctos instruere videamur aut cerciorare scientes. Nostis, etenim, sicut illi quos evidencia palpate veritatis instruxit, qualiter aurem promocionis auspiciis piis accendentes affectibus, animarum et corporum pericula gravia et inmensa dispendia facultatum, que molesta nimis et dampnosa dissensio inter carissimum in Christo Filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, ex una parte, et predictum Robertum, ex altera, pretextu occupacionis injuste dicti Regni Scocie, in qua Rex ipse Robertum eundem injuriari sibi conqueritur, procurante cunctorum incentore malorum, abolim exorta mundo produxerat, et que, nisi prospiceretur ex Alto, producere graviora verisimiliter timebatur; considerantes, eciam, impedimenta non levia que pia Dei negocia, et precipue illius Terre necessitas in qua Redemptor noster nasci et pati pro Salute nostra dignatus est, propterea subierunt, atque poterunt ex ipsius dissensionis continuacione subire;

ut tantis discriminibus, Deo propicio, possimus occurrere, totque obviare prepediis atque dampnis, ad tollendum in tranquillum decidentes eosdem ac solide caritatis unanimitate jungendum, vota nostra, Domino inspirante, direximus, vosque quos ad id elegimus ministros idoneos de Fratrum nostrorum consilio in Partes illas, tanquam Pacis Angelos, propter hoc providimus destinandos. Et ut eo habilius via pateret ad pacificandum decidentes eosdem, quo minoribus guerrarum flatibus quaterentur, inter eos et adherentes eisdem certi temporis treugas indiximus, quas a die publicacionis earum, a vobis per vos, vel alium seu alios, faciende, suum volumus obtinere vigorem; extunc in personas non servancium seu infringencium treugas hujusmodi Excommunicacionis Sentencia promulgata. Vos, autem, injunctum vobis officium tam habiliter quam utiliter exequi cupientes, directis versus Dunelmiam gressibus, ad Robertum ipsum Venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Corbaviensem et dilectum Filium, Magistrum Aymericum Gerardi, Archidiaconum Eliensem, familiares vestros et nuncios, mittere curavistis; qui et sibi pacificum vestrum prenunciarent adventum, et Literas vestras directas eidem, salutaria super predictis continentes
fol.133b monita, presentarent. Ipse, vero, intelligere nolens ut bene ageret, set aures suas, more aspidis surde, ne audiret vocem Patris sapienter exhortantis, obturans, quasi de impensa sibi a nobis super hiis benignitate Superbie concepisse videretur audaciam, iniquitatem de exhibita sibi per Apostolicam Sedem mansuetudine, non absque ingratitudinis vicio, parturiit, contempnens ipsas vestras Literas recipere per nuncios ipsos eidem oblatas, et, ut contemptus contemptui adderetur, Litere vestre super treugarum ipsarum publicacione confecte, quas per duos Fratres Minores in Scocia mittebatis, ingressu Scocie, non absque ipsius connivencia, violenter ipsis ablate Fratribus, et, Sancte Sedis calcata reverencia, totaliter lacerate fuerunt, Fratribus ipsis nichilominus indumentis spoliatis. Ne, vero, fore posset ambiguum quicquid malignitatis in hac parte conceperat, licet treuge predicte, per vos vel alium seu alios de mandato vestro per Angliam solempniter puplicate fuissent, ita quod verisimiliter potuerat ad ejus noticiam hujusmodi publicacio pervenisse, ne lateret eum quod aliis eminus constitutis non credebatur occultum; ipse, tamen, treugas ipsas, non absque multe insolercie temeritate et plectibili nostro et Sedis predicte contemptu, spretaque Sentencia antedicta, observare contempsit, Villam Berwyci, quam prefatus Rex Anglie possidebat, et in qua, ad ipsius Roberti instanciam, de Pace inter Regem ipsum et Robertum eundem per tractores tractari debebat, post publicacionem treugarum ipsarum et convencionem tractatus ipsius, nequiter invadens, et eo liberius occupans quo minor eidem Regi poterat super hoc inesse suspicio, tractatu pendente predicto, ac cedem crudelem et magnam in Gentem Regiam sistentem inibi ac incolas dicte Ville perperam et inique committens, per quod non est dubium Robertum ipsum ac in hiis adherentes eidem predictam Sentenciam incurrisse, hec et alia, que silencio preterimus, fecerunt dictus Robertus et complices, prout nobis intimare curastis. Et tacuimus usque modo, sperantes ut, eorum corda tangente Domino, post tantorum culpam excessuum, alicujus habilitacionis signa pretenderent, filialis devocionis exsolverent debitum, et ad ea que pacis sunt animos inclinarent. Ipsi, vero, velut incus malleatoris, pertinacia solidata constricti, paciencia nostre longanimitatis dampnabiliter abutentes, in elacionis obstinate vicium corruerunt. Nos, igitur, illatam nobis et Apostolice Sedi et vobis in premissis injuriam, ac predictos ejusdem Roberti in hiis adherentes sibi detestandos, et enormes excessus nec volentes nec valentes conniventibus oculis pertransire, cum ad eos compescendos, ne periculose in alios exemplari alveo diriventur, excercendus sit pocius Ecclesiastice gladius ulcionis, discrecioni vestre, de qua in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam optinemus, Presencium tenore committimus, et mandamus quatinus per vos, seu alium aut alios, predictum Robertum et adherentes eidem predictam incurrisse Sentenciam, in Ecclesiis et locis insignibus, de quibus expedire videbitis, prout justum et equum fuerit, nuncietis solempniter et puplice, singulis Diebus Dominicis et Festivis; contra eos nichilominus ad penas alias spirituales et temporales, prout vobis videbitur, juxta predictorum qualitatem excessuum, Auctoritate Apostolica processuri; et si —quod absit— in sua nequicia ulterius perseverare presumpserint, indurantes instar lapidis corda sua, juxta contumacie ac excessuum exigenciam, vestros in eos curetis exaggerare Processus. Nos, enim, premissa omnia et singula faciendi et exigendi, necnon predictos, et quoscumque alios predicte Pacis et concordie turbatores seu impeditores, sive incole dictorum Regnorum, sive quicumque alii, et undecumque fuerint, et omnes et singulos complices, adjutores, valitores,

consiliarios, fautores, et sequaces eorum, ac in hoc adherentes eisdem, publice vel occulte, eciam si inter eos persone alique Ecclesiastice fuerint, cujuscumque sint hii vel illi condicionis, dignitatis, ordinis, sive status, Ecclesiastici vel mundani, quamvis Archiepiscopali vel Episcopali prefulgeant dignitate, ut ab hujusmodi turbacione seu impedimento, necnon ab omni favore, consilio, auxilio, sequela, et adherencia, circa id impendendis omnino desistant, per Excommunicacionis in personas, et Interdicti Sentencias in terras et Ecclesias eorum, ac per privacionem feodorum, locacionum, officiorum, et quorumcumque Beneficiorum Spiritualium citra Archiepiscopalem et Episcopalem dignitatem, aut, eciam, Temporalium que a quibuscumque Ecclesiis optinebunt, ut sic libere illa ad ipsas Ecclesias revertantur, quod Prelati et Rectores earum, aut alii ad quos id pertinebit, de illis pro sua voluntate disponant, ac inhabilitacionem, eciam, tam personarum ipsarum Ecclesiasticarum, Archiepiscopis et Episcopis dumtaxat exceptis, quam filiorum, nepotum, et aliorum descendencium ab ipsis turbatoribus et impeditoribus laicis, usque ad secundum gradum, ad quevis Ecclesiastica Beneficia optinenda, et per alia juris remedia, de quibus et prout expedire videritis, appellacione remota, debite compescendi; omnes quoque et singulos, qui eisdem turbatoribus seu impeditoribus laicis, aut eorum alicui, juramento Fidelitatis tenentur astricti, ab ipso juramento quamdiu ipsi hujusmodi Pacis turbatores seu impeditores extiterint, absolvendi, et alia faciendi que circa premissa vel aliqua de premissis fuerint oportuna; non obstante si eis, aut eorum aliquibus vel alicui, a Sede Apostolica sit indultum sub quacumque forma vel concepcione verborum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut eorum terre vel Ecclesie Ecclesiastico Interdicto supponi quavis auctoritate non possint, et qualibet alia dicte Sedis Indulgencia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam Presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus
fol. 134. earum impediri valeat quomodolibet vel differri, vobis et vestrum cuilibet plenam et liberam concedimus, tenore Presencium, facultatem. Per hec, autem, non intendimus in aliquo Commissionibus super hiis vel aliis quibuslibet vobis alias per nos factis prejudicare, set eas nichilominus in suo volumus remanere vigore.—Datum Avinione, iiijto Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno Secundo [29 May, 1318].

Incepcio Processus Cardinalium

Celestis Providencia Principis peculiarem Populum, quem ceteris pretulerat privilegio gracie specialis, manna miraculose confovebat, nec propter hec virga rigoris in ejusdem Populi correccione scelerum vacillabat; nonne si fovere debet humilibus ut presumpcionis rebellium inbecillitas rigorosis ulcionibus concomitante justicia comprimatur: etenim cum spes inpunitatis prorogatur ad aliquos ad culpam facilius invitantur ceteri per exemplum, sicque fit penitencialis inpunitas ut ex eo ei reservet acrioribus puniendos. Interest, etenim, utilitatis puplice ut excessus vindicta coherceat et rebellionis offendiculum a pene limite non discedat. Dudum, equidem, ad execucionem nobis injunctorum per Sedem Apostolicam, que ex predictarum colligi possunt continencia Literarum, animos nostros studiosis sollicitudinibus convertentes, quia ubi Nobilis Vir, Robertus de Bruys, Regnum gubernans Scocie, larem tunc fovebat proprium nos latebat, super quo certificari non poterimus de facili, nec ad ipsum aut Regnum Scocie, nonnullis interjectis obstaculis, nos transferre, premissis eidem nostris Clausis Literis, causam adventus nostri nunciantibus, per cursores nostros proprios et juratos, quos idem Robertus, seu gentes sue, nedum Literas presentare predictas, immo nec cursores ipsos instantes super hoc Regnum intrare Scocie permittentes, prout nobis eorundem cursorum nostrorum juratorum relacione, et Literis nonnullorum Ballivorum et Officialium Villarum et Castrorum plurium Parcium earundem constitit, Venerabilem Patrem, Fratrem P[etrum], Episcopum Corbaviensem, et Magistrum Aymericum Gerardi, Archidiaconum Eliensem, dicti Domini Summi Pontificis Capellanum ac ipsius Sacri Palacii Auditorem, ad eundem Robertum et Regnum Scocie nuncios et familiares nostros duximus destinandos, tractaturos cum eodem Roberto super aliquibus contentis in Apostolicis Literis suprascriptis, et ordinaturos et condicturos, inter cetera, cum eodem de tempore certo et loco aliquo nobis tuto, quibus super premissis et aliis nobis injunctis habere possemus cum eodem, ad quem accedere disposueramus et disponebamus propter ea personaliter colloquium plenius et tractatum. Qui, siquidem, nuncii, familiares nostri, non absque laborum et periculorum incursibus et jacturis, cum maxima difficultate habitis ab eodem Roberto Literis de conductu, ad Castrum de Rokeborghe, in ingressu Scocie constitutum, finaliter applicantes, suas eidem Roberto ut ad ipsum possent venire, cum, aliis gentibus ipsius Roberti non permittentibus, ad eundem Robertum nequirent

accedere, Literas destinarunt; et postmodum Jacobo Doueglas et Alexandro Militibus, ipsius Roberti familiaribus, una cum quibusdam aliis venientibus ad nuncios memoratos, Literas, si quas portabant iidem nuncii ostendendas dicto Roberto, sibi exhiberi ab eisdem nunciis postularunt; dictique nuncii, intrare aliter non permissi, quasdam Apostolicas exhortatorias super Pace Patentes ex parte Domini nostri Pape memorato Roberto directas Literas Jacobo et Alexandro, predictis Militibus, tradiderunt, eidem Roberto per predictos Jacobum et Alexandrum, Milites, assignandas. Demum, vero, quodam clerico ipsius Roberti ad conducendum dictos nuncios veniente ad ipsos, iidem nuncii in quodam loco de Malros nuncupato vulgariter, in Regno Scocie constituto, ubi idem Robertus, tunc temporis, campestriter habitabat, applicantes finaliter ad eundem, sibique causam missionis eorum verbotenus exponentes, ac rogantes eundem quod dictas Literas exhortatorias, sibi missas super Pace, aliasque Clausas per nos directas eidem, quas eidem Roberto dicti nuncii presentarunt, aperiret et inspiceret diligenter, [et] ad contenta in ipsis sicut filius obediencie responderet, idem Robertus, non absque indignacione animi, Literas Apostolicas supradictas ibidem nunciis ipsis restituens supradictis, aperire et legere recusavit, illud in sue pretendens excusacionis subsidium quod eo quia sibi ascriptus titulus in Literis ipsis non fuerat regius, ut decebat, cum non Rex set R. de Bruys dumtaxat Regnum gubernans Scocie ipsis nominaretur in Literis, tractatibus aliquibus Pacis aut treugarum velle intendere, nosque et nuncios ipsos ad tractatus aliquos admittere, immo et aliter nunciis ipsis et eorum proposicionibus respondere, contemptibiliter denegavit, et denegare in posterum, nisi sibi regius ascriberetur titulus, extitit protestatus. Et, licet verbis suis finaliter addiderit quod super premissis, deliberacione cum suis Consiliariis habita pleniori, infra tunc instans Festum Beati Michaelis memoratis nunciis nostris per suas Literas responderet, idem, tamen, Robertus, in sue inobediencie pertinacia perseverans, longe post dictum terminum, per suas respondit Literas nunciis memoratis quod in responsione contenta in Literis nonnullorum Regni Scocie Comitum et Baronum ipsis nunciis ab eisdem Comitibus directis, continentibus quod, nisi dictus Robertus Rex nominaretur Scocie, tractatus aliquis super premissis nobiscum ac cum ipsis nunciis [minime] haberetur, eum persistere oportebat; prout de premissis omnibus et singulis nobis plene constat et constitit, tam inspeccione Literarum ipsius Roberti dictorumque Comitum et
fol. 134b Baronum, missarum super hoc dictis nunciis, quam relacionibus deliberatis Episcopi et Archidiaconi, et aliorum predictorum; quibus, quidem, nunciis nostris juratis et eorum relacionibus super premissis adhibemus et adhibuimus plenam fidem. Et, quia conjecturavimus verisimiliter ex premissis ipsum Robertum, tanquam inobediencie filium, velle Apostolicis et nostris in hac parte monitis et exhortacionibus non parere, occurrere periculis crebrioribus affectantes, et sperantes ut ad tractatus Pacis hujusmodi prosequendos liberior et tranquillior nobis pateret aditus, treugas olim per dictum Dominum nostrum, Summum Pontificem, inter Serenissimum Dominum Edwardum, Dei gracia Regem Anglie illustrem, et memoratum Robertum de Brus indictas in Civitate Londoniarum, ubi tunc degebamus presencialiter, duximus publicandum, ad duos annos numerandos a die Publicacionis earum continue duraturas, ipsasque in nonnullis Anglie et Scocie Regnorum locis insignibus et confinibus eorundem Regnorum mandavimus et fecimus puplicari. Ac, demum, volentes Indiccionem et Puplicacionem treugarum hujusmodi ad ipsius Roberti et suorum sequacium fautorum et complicum, ac personarum aliarum Regni Scocie, noticiam pervenire, Fratrem Adam, Gardianum Domus Fratrum Ordinis Minorum de Berewico, nuncium nostrum juratum, cum Literis Apostolicis Indiccionem treugarum ipsarum continentibus, et pluribus aliis tam Apostolicis quam nostris Literis Clausis et Patentibus et Processibus, ad eundem Robertum et Regnum Scocie duximus destinandum; qui, injuncta sibi per nos satagens totis suis conatibus, sicut obediencie filius, adimplere, optentis ab eodem Roberto primitus Literis de conductu, cum ad eundem Robertum proficisceretur, Mandata nostra immo verius Apostolica completurus, et jam terram Scocie intravisset, idem Alexander, se ipsius Roberti asserens Senescallum, predicto veniens obvius Gardiano, prelibatas omnes et singulas tam Apostolicas quam nostras Literas et Processus, dicto Gardiano contradicente pro viribus, cepit et habuit de ipsius manibus Gardiani, dicens et asserens Alexander predictus Literas et Processus dicto Roberto, qui inde per modicum distabat spacium, portaturus; qui Alexander, aliquali mediante temporis intervallo, iens ad dictum Robertum, ut dixit, et rediens, Literas et Processus Gardiano restituit

memorato, eidem sub pena incisionis capitis precipiens et injungens quod statim Terram et Regnum Scocie exiret, Literas de securo conductu, Gardiano eas pro exitu petente omni prorsus instancia, concedere denegando. Treugis, itaque, ipsis tunc et Indiccione earum ibidem per Gardianum eundem, in vulgari suo sonoro preconio, pluribus ibidem Scotis astantibus, puplicatis, Gardianus rediens supradictus paulo postquam fuit a loco predicto iter suum festinans ad exitum elongatus, per quosdam iniquitatis filios, ipsius Roberti satellites, ausu sacrilego aggressus et invasus hostiliter, Literis et Processibus supradictis, propriisque vestibus paupertatis et habitu, ac rebus aliis que portabat crudeliter et inmaniter extitit spoliatus, prout de premissis per ipsius Gardiani, jurati nostri nuncii, relacionem nobis extitit facta fides. Porro, memoratus Robertus, suas dissimulare rebelliones satagens et notabiles inobediencias supradictas palliare moliens et excessus, ac volens suas quas minus caute rebellionem et inobediencias commiserat caucius obvelare, non absque false finccionis adminiculo confingens ad Pacis aspirare tractatus et bonum, suas Domino Regi Anglie Literas super hoc destinavit, et nobis scripsit quod, obtentis ab eodem Rege Anglie securo Literis de conductu, sex vel plures ad nos mitteret contractores. Et, licet eidem Roberto rescripsissemus ad Literas quas nobis miserat respondendo, ipsas Literas nostras cuidam nuncio qui suas predictas nobis ex parte sua presentaverat Literas assignando, idem, tamen, nuncius nobis referens dictas nostras usque ad ingressum Regni Scocie pertransisse, gentesque ipsius Roberti ipsum nuncium easdem Literas nostras infra Regnum Scocie et ad dictum Robertum portare minime permisisse, pro eo quia sibi titulus non ascribebatur per nos Regius, predictas nobis nostras Literas Clausas, sicut prius et integras reportavit. Postmodum, vero, memoratus Dominus Rex certos ad locum in quo de Pace tractare condictum extiterat destinavit. Quibus sic pendentibus inter moras hujusmodi, idem Robertus aut alii Regni Scocie Comites, Barones, ac Nobiles, cetereque persone ejus nomine et mandato, Indiccionis et Publicacionis hujusmodi treugarum non ignari, nec valentes veram, nisi crassam suppositamque seu simulatam et, eciam, affectatam pocius ignoranciam allegare, dictis treugis sic indictis, sicque et aliter solempniter publicatis penis et sentenciis, monicionibus, et exhortacionibus Apostolicis, non sine nota rebellionis execrabilis, vilipensis, procul pulsa reverencia filiali qua ipse, et quilibet Christianus, Sancte Romane tenetur Ecclesie et Christi Vicario, tanquam ad Matrem unicam, Christi Sponsam, Villam et Castrum de Berewico, aliquamdiu possessa per Dominum Regem Anglie supradictum et inclite memorie Patrem ejus et gentes eorum, eciam Indiccionis et Publicacionis treugarum tempore predictarum, et postmodum et ante; necnon, et quedam alia Castra, Terras, et homines ipsius Domini Regis et incolarum Regni Anglie, et infra Regnum Anglie consistentes, hostiliter invaserunt, et non absque plurium effusione sanguinis personarum et morte—proch dolor—Villam ipsam et Castrum de Berewico, Castraque et Terras alias ipsius Regis Anglie et incolarum ipsorum, in Apostolice Sedis contemptum et ipsius Regis prejudicium et jacturam, et plurimorum scandalum, sicut nobis constat et constitit et fama publica predicabat, occuparunt, et contra justiciam detinuerunt et adhuc detinent occupata, et in sue rebellionis preconium occupare Terras alias ipsius Regis et Regni Anglie comminantur. Quare nos, visis et diligenter attentis recensitis relacionibus predictorum Episcopi, Archidiaconi,
fol. 135. et Gardiani, et aliorum nunciorum nostrorum juratorum, super rebellionibus et inobedienciis, excessibus, et insolerciis supradictis, premissa, que adeo fuerunt notoria quod nulla poterant inficiacione celari, dissimulare ulterius et tales et tantas rebellionis inobediencias et excessus notabiles pertransire permittere conniventibus oculis inpunitos [nolentes], nobiscum et cum peritis deliberacione prehabita diligenti, quia tam per relaciones Episcopi, Archidiaconi, et Gardiani, et aliorum predictorum nunciorum nostrorum juratorum, et aliter, nobis libere constat et constitit de rebellionibus, inobedienciis, et excessibus plurimis supradictis, in scriptis pronunciavimus et declaravimus dictum Robertum de Brus, tunc inpresenciarum Regnum Scocie gubernantem, fuisse et esse notorie inobedientem et rebellem Sancte Romane Ecclesie Mandatisque Apostolicis atque nostris, ac decrevimus fore contra ipsum Robertum, tanquam contra rebellem et inobedientem notorium, et Mandatis Apostolicis atque nostris parere renitentem notabiliter, procedendum; et, ad majorem certitudinem premissorum testes fidedignos Religiosos et Seculares, clericos et laicos, precepimus, et prius more precipiendorum testium juratos, super aggressionibus, invasionibus, et occupacionibus et varietate eorum et pluribus aliis supradictis eos examinari fecimus diligenter; quorum attestacionibus visis et diligenter

inspectis, certitudinaliter comperimus aggressiones, invasiones, occupaciones, et quedam alia de predictis fuisse per predictum Robertum et nonnullos ejus sequaces, consiliarios, et fautores, de ipsius connivencia et mandato, ipsoque ratum habente, post et contra publicacionem et notificacionem treugarum hujusmodi notorie dampnabiliter perpetratas, in Apostolice Sedis contemptum, ipsiusque Regis Anglie et incolarum Regni Anglie prejudicium et scandalum plurimorum. Et, quia propter invasiones, congressiones, et occupaciones Ville et Castri de Berewico, et aliorum Castrorum et terrarum Regis Anglie factas et perpetratas, post et contra Publicacionem treugarum hujusmodi, per predictum Robertum et ejus sequaces, complices, et fautores, ejus nomine, ipso ratum habente, prout nobis de premissis constat [et] constitit, et quod fuerunt notoria ex dictis et attestacionibus testium predictorum, et aliter non fuit dubium ipsum Robertum et in premissis adherentes eidem Excommunicacionis Sentencias latas per Dominum nostrum, Summum Pontificem, in et contra infringentes easdem treugas incurrisse; nos, visis et diligenter inspectis contenta (*sic*) in Literis Apostolicis insertis superius, nobis noviter destinatis, et diligenter recensitis dictis et attestacionibus testium eorundem, quia nobis plene constitit de premissis, eundem Robertum, et in hac parte adherentes eidem, pronunciavimus in scriptis Sentencias latas per Dominum nostrum, Summum Pontificem, in et contra infringentes treugas, incurrisse. Verum, cum propter inobediencias, excessus, et rebelliones, et manifestas injurias et insolercias supradictas, Pacis tractatus, ad quam prosequendam fuimus, ut suprascribitur, destinati, impediti fuerant ac impediri debere et posse inposterum verisimiliter presumebantur, nos, qui, tanquam Pacis Angeli, ad Pacis semitas exquirendas fuimus destinati, tam enormes injurias dissimulare ulterius nequimus, volentes preteritis providere periculis, et futuris quibus poterimus obviare remediis, presertim cum jam ad nos fama plurimorum pertulisset eundem Robertum et ejus sequaces, complices, et fautores, Castra aliqua ipsorum Regis et Regni Anglie obsedisse, ac suos paravisse excercitus ad invadendum, obsidendum, et occupandum Castra, terras, et jura Domini Regis et incolarum Regni Anglie predictarum, propter que pacis prosecucio nedum retardabatur, immo et pocius impediebatur totaliter, vobis et cuilibet vestrum insolidum nostris dedimus Literis in mandatis ut memoratum Robertum, nominatim et specialiter, ac omnes et singulos fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarios, sequaces ejusdem Roberti, ac eidem in premissis nichilominus adherentes, generaliter, tamdiu excommunicatos denunciaretis, ac denunciari et vitari a vestris subditis arcius faceretis, donec de predictis inobedienciis, rebellionibus, excessibus, invasionibus, congressionibus, et occupacionibus satisfaccionem impenderent competentem, et Mandatis Apostolicis ac nostris venerint humiliter parituri, ac a predictis Sentenciis Absolucionis Beneficium fuerint assecuti, prout hec et alia in quibusdam aliis nostris Processibus, quos ad majorem cautelam in quibusdam Ecclesiis Regni Anglie in nostra puplicare presencia fecimus, seriosius conscribuntur. Sane, memoratus Robertus de Brus, ac nonnulli ipsius fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarii, et sequaces, ac eidem adherentes in hac parte, in sua obstinate rebellionis pertinacia perdurantes, nec advertentes ariolandi peccatum[1] et zelus (*sic*) ydolatrie paribus cum inobediencia passibus ambulare, cunctisque prestanciorem fore obedienciam victimis, ad cor minime redeuntes, set obturantes surde more aspidis aures suas, Sentencias hujusmodi sustinuerunt et adhuc sustinent, animis induratis. Nos, attendentes quod iidem Robertus, suique complices, adjutores, valitores, consiliarii, et sequaces ejusdem, ac eidem
fol. 135b adherentes in hac parte, sectantes detestabilis inobediencie vicium et contumacie spiritum, se quasi pullos onagri liberos estimantes, non adverterunt hactenus nec advertunt in recte consideracionis intuitum, quod peccatum Paganitatis incurrit qui se Christianum asserit et Sedi Apostolice obedire contempnit, dicique de istis possit, et merito, quod hii sunt qui Sacrosancte Romane Ecclesie, quam tenentur ut Matrem et Dominam revereri, terga verterunt non faciem, dum adeo se in premissis inobedientes exhibuerunt notabiliter et rebelles, et exhibent; ac volentes, ne ipsorum inpunitas ausum in aliis, in contemptum Apostolice reverencie, pareat, nostros, sicut convenit, contra eos exaggerare Processus, cum, per nos diu expectati, ad gremium Sancte Matris Ecclesie redire contempserint, vobis et cuilibet vestrum insolidum—ad quod faciendum alter

Excommunicacio.

[1] "Mandatis Apostolicis nolle acquiescere *peccatum ariolandi* est (Steph. Tornac.)—*D'Arnis.*

alterum non expectet, nec alius pro alio se excuset, set ad quem et ad quos presentes Litere primo pervenerint, id primitus exequantur—auctoritate prefata, nobis in hac parte commissa, in virtute sancte obediencie, et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatinus memoratum Robertum de Brus nominatim et specialiter, necnon omnes et singulos fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarios, et sequaces ejusdem, et sibi adherentes, nichilominus in hac parte clericos et Personas Ecclesiasticas, ac laicos, cujuscumque sint dignitatis, gradus, auctoritatis, condicionis, aut status, eciam si Persone ipse Primacie Ecclesie Archiepiscopali, Legacionis, vel Episcopali aut alia quavis prefulgeant dignitate, generaliter et, cum eorum nomina didiceritis, nominatim, et publice in Ecclesiis vestris, dum Missarum ibidem celebrabuntur solempnia, ac in vestris Curiis vestrorumque Officialium, cum agitabuntur causarum strepitus in eisdem, sermonibus, colloquiis, et congregacionibus publicis, ac locis aliis de quibus vobis videbitur expedire, populo in eisdem astante fideli, palam et publice, diebus singulis feriatis et non feriatis, extinctis candelis, pulsatis campanis, ter et amplius in qualibet Missa solempni; semel, videlicet, post Epistolam, secundo post Evangelium, et tercio post Communionem, tamdiu excommunicatos denuncietis quos nos, eciam, denunciamus tenore presencium Literarum, vitetis et denunciari et vitari a vestris subditis arcius faciatis, donec de predictis inobedienciis, excessibus, invasionibus, congressionibus, et occupacionibus, satisfecerint competenter, et Mandatis Apostolicis ac nostris venerint humiliter pariturí.—Porro, quia nullum profectum prestaret humilitas humilibus si contumacia contumacibus non obesset, cum cautum sit quod propagante contumacia pena non debet minui set augeri, nos, Auctoritate predicta nobis in hac parte commissa, terras Roberti et Regni Scocie, quod idem Robertus inpresenciarum noscitur gubernare, necnon terras suorum quorumcumque fautorum, complicum, adjutorum, valitorum, consiliariorum, et sequacium quorumcumque ipsius, ac eidem adherencium in hac parte, et si predicti fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarii, et sequaces Persone Ecclesiastice fuerint, cujuscumque gradus, ordinis, dignitatis, auctoritatis, et status, eciam si Legacionis, Primacie, Archiepiscopali, vel Episcopali, prefulgeant dignitate, Ecclesias, Monasteria, ceteraque Loca Ecclesiastica eorundem, necnon familiares ipsius Roberti et quorumcumque laicorum predictorum, per hanc nostram Sentenciam in hiis scriptis Ecclesiastico supponimus Interdicto, ipsumque Robertum, et omnes et singulos fautores, consiliarios, adjutores, valitores, complices, et sequaces, ac eidem adherentes in hac parte, per eandem Sentenciam privamus omnibus et singulis feudis, locacionibus, officiis, et quibuscumque Beneficiis Spiritualibus citra Archiepiscopalem et Episcopalem Dignitatem, ac, eciam Temporalibus que a quibuscumque Ecclesiis optinebant, ut sic libere illa ad ipsas Ecclesias revertantur quod Prelati et Rectores earum, aut alii ad quos id pertinebit, de hiis prorsus de voluntate disponant; necnon et Privilegiis, Indulgenciis, Graciis, et Libertatibus, et Immunitatibus, realibus et personalibus, eisdem hactenus ab Apostolica Sede concessis, et omni comodo eorundem. Vassallos, vero, subditos, et homines eorundem a juramento Fidelitatis, quo eisdem fore noscitur astricti, et quibuscumque obligacionibus quibus tenentur eisdem, per hanc nostram Sentenciam absolvimus, et pronunciamus eosdem vassallos supradictos et homines eorundem a juramento hujusmodi et obligacionibus quibuslibet, quibus tenentur eisdem, tenore Presencium absolutos; ipsosque vassallos et subditos ac homines, Roberti fautores, consiliarios, adjutores, complices, sequaces, ac eidem in hac parte adherentes predictos, a dominio et subjeccione ipsorum per eandem Sentenciam eximimus, omnesque obligaciones, conspiraciones, pacciones, et convenciones, factas inter dictum Robertum aut quoscumque alios, super adjutorio, subsidio, vel favore, dicto Roberto de Brus, circa invasionem vel inpugnacionem Regni Anglie, aut Hibernie vel Wallie Parcium, predictorum, seu quarumvis terrarum vel insularum dicti Regis Anglie, quomodolibet impendendo, per quas dicte Pacis negocium impeditum est hactenus, et impediri aut differri poterit in futurum; eciam si colligaciones, aspiraciones, et confederaciones, pacciones, et convenciones ipse juramento sint vel promissione vallidate seu vallate penarum adjeccionibus, obligacionibus, vel stipulacionibus quibuscumque, dissolvimus et dissolutas fore, tenore Presencium, denunciamus. Ad hec, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, juramenta quecumque, sub quibuscumque modo, forma, vel expressione verborum, super hoc a quibuscumque prestita, Auctoritate eadem relaxamus. Ceterum, si inter fautores, consiliarios, adjutores, valitores, et sequaces ejusdem Roberti, aut eidem nichilominus in hac parte adherentes, alique Persone Ecclesiastice,

Interdictum

Seculares vel Religiose fuerint, eciam si alique earundem Legacionis, Primacie, Archiepiscopali, vel Episcopali, vel alia quavis publica prefulgeat dignitate, nos ipsos, et eorum quemlibet, ad Administracionem Spiritualium et Temporalium Ecclesiarum suarum, per hanc nostram Sentenciam in hiis scriptis, suspendimus, et suspensos ab Administracione hujusmodi nunciamus. Rursus, si memoratus
fo. 136. Robertus ejusque fautores, consiliarii, adjutores, valitores ac sequaces, ac eidem adherentes in hac parte, Sentencias hujusmodi per xx dies animis sustinuerint obstinatis, nos ex tunc, ut ex nunc, ipsos Robertum, fautores, consiliarios, adjutores, valitores, conspiratores, et sequaces, ac eidem adherentes, intestabiles, ita quod nec condere Testamentum, nec ad cujusquam ex Testamento, vel ab intestato, possint successionem admitti, ac inhabiles et indignos ad honores et quelibet Officia publica optinenda vel excercenda inposterum, reddimus, Auctoritate predicta, per hanc nostram Sentenciam, tenore presencium Literarum.—Ad hec filios et nepotes, descendentes ab eisdem Roberto, turbatoribus et impeditoribus Pacis hujusmodi, fautoribus, consiliariis, adjutoribus, valitoribus, complicibus, et sequacibus ejusdem Roberti, in hac parte eidem adherentibus laicis, usque ad secundum gradum, inhabilitamus per hanc nostram Sentenciam, in hiis scriptis, et inhabiles reddimus, et fore inhabiles decernimus, ad quecumque Ecclesiastica Beneficia optinenda; sciturí quod ad penas alias, Spirituales et Temporales, contra dictum Robertum et in hac parte adherentes eidem, si in sua diucius pertinacia perdurarint, sicut nobis expedire videbitur ipsorumque requirit contumacia et suadebit justicia, procedemus.—Ut, igitur, hujusmodi Processus nostri ad communem omnium noticiam deducantur, volumus, vobisque sub penis predictis et infrascriptis districte precipiendo mandamus, quatinus vos, Domini Archiepiscopi et Episcopi, Cartas sive membranas Processus continentes eosdem, sub sigillis vestris, in majorum et aliarum solempnium Ecclesiarum, vestrarum Civitatis et Diocesis, appendi vel affigi hostiis seu super liminare faciatis, que Processus nostros hujusmodi, suo quasi sonoro preconio et patulo manifestent; ita quod inobedientes ipsi, si qui—quod absit—fuerint, quos Processus inde contingunt, nullatenus possint illorum ignoranciam allegare,—cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur.—Quod si premissa non feceritis, aut in premissis negligentes fueritis vel remissi, vel nostris in hac parte non parueritis Mandatis cum effectu, nos vobis Dominis Archiepiscopis et Episcopis, quibus ob vestrarum reverenciam Dignitatum differre volumus in hac parte, ex nunc ut ex tunc, Auctoritate prefata, Monicione premissa Canonica, ingressum Ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Quod si Interdictum hujusmodi sustinueritis per sex dies, in hiis scriptis suspendimus a Divinis, ac in vos, et in omnes et singulos alios Prelatos, Seculares et Regulares, exemptos et non exemptos, quorumcumque Ordinum et Religionum existant, si in premissis non parueritis et non paruerint, ut prefertur, Excommunicacionis Sentencias ferimus in hiis scriptis.—In quorum omnium testimonium presentes Literas sive Processus scribi et regestrari fecimus, nostrorumque sigillorum appensione muniri.—Datum apud Dovere, Cantuariensis Diocesis, die xiiij^a Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^mo. xviij, et Pontificatus predicti Sanctissimi Patris, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XXII^di., Anno Tercio.

Processus dictorum Cardinalium, habitus apud Notyngham, continens duas Bullas dumtaxat; Primam, videlicet, intitulatam supra De Pace, *et Quintam intitulatam* De Interdicto, *super Excommunicacione Roberti de Brus et complicum et fautorum suorum, et Denunciacione eorundem:—*

Miseracione Divina Gaucelinus etc., *ut supra, in alio Processu*—salutem et sinceram in Domino caritatem.—Literas Apostolicas, vera bulla plumbea more Romane Curie bullatas, patentes, integras, omni suspicione carentes, directas nobis per Sanctissimum in Christo Patrem et Dominum, Dominum Johannem, digna Dei Providencia Papam XXII, recepimus; quarum tenor sequitur in hec verba,—Johannes Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis Gaucelino, etc. (*ut supra*), salutem, etc.—Rex excelsus, summi Regis Filius, Princeps Pacis, Qui facit concordiam in Sublimibus Suis, et Arcem possidet Unitatis, etc., *ut supra in Prima Bulla Processus precedentis.*—Item, Johannes Episcopus, Servus, etc., Gaucelino, etc.—Crescit facile in inmensum inpunita temeritas, etc., *ut supra in ultima Bulla precedentis Processus.*—Sane, ad execucionem nobis injunctorum per Sedem Apostolicam, que ex predictarum colligi possit continencia Literarum, etc., *ut supra in alio Processu usque ibi*—inposterum verisimiliter presumantur. *Et tunc sequitur,*—Nos, qui, tanquam Pacis Angeli,

ad Pacis semitas exequendas fuimus destinati, tam enormes injurias dissimulare ulterius nequeamus, cum jam probosa predictorum vota discriminum, longe lateque diffusa per Populos, ad tam contagiose perseveritatis exemplum iniquorum animos concitaverint, et ne nimium misericordes fuisse, aut pocius involvi negligencie laqueis judicemur, cum supra debitum ipsius Roberti suorumque complicum et fautorum emendam expectaverimus, neque redierint ad cor, prepediente humani generis inimico, sintque tales, ut videtur, qui perire magis appetunt quam parere, volentes pocius a funccionibus separari Dominicis quam
fol. 136b in suis obstinatis facinoribus superari; confidentes in Domino quod menciatur tandem ipsis iniquitas, et, quibus hactenus abstulit execrabilis inpericia rebellionum consilium, tribuat vexacionis austeritas intellectum, cum justum sit ut iidem et qui in circuitu eorum sunt experimento senciant quam periculose desipiunt qui Mandatis Apostolicis reluctantur, et considerantes attencius quod inmensum extollitur impunita temeritas, et licencia que juris racione non cogitur justis semper racionibus obluctatur; volentesque preteritis providere periculis, et futuris quibus poterimus remediis obviare, presertim cum ad nos fama plurimorum pertulit eundem Robertum et ejus sequaces, complices, et fautores Castra aliqua ipsorum Regis et Regni Anglie obsedisse, ac suos paravisse excercitus ad invadendum, obsidendum, et occupandum Castra, terras, et jura Domini Regis et incolarum Regni Anglie predictorum, propter que Pacis prosecucio nedum retardatur, immo et pocius totaliter impeditur,—premissaque sunt adeo notoria et publica quod nulla possunt tergiversacione celari.—predictas injurias, Sedi Apostolice et nobis allatas, inultas transire permittere minime debeamus; vobis et cuilibet vestrum in solidum, ad quod faciendum et efficaciter exequendum alter vestrum alterum non expectet, nec alter pro altero se excuset, set ad quem primo presentes Litere pervenerint, id primitus studiosius exequatur, in virtute sancte Obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatinus memoratum Robertum, nominatim et specialiter, et omnes et singulos fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarios, et sequaces et adherentes eidem in hac parte generaliter, in Ecclesiis, dum Missarum celebrabuntur solempnia, et Curiis vestris dum ibidem Causarum strepitus agitabuntur, sermonibus et congregacionibus publicis quibus vobis videbitur faciendis, populo in eisdem astante fideli, palam et publice, singulis Diebus Dominicis et Festivis, extinctis candelis, campanis pulsatis, quos nos nichilominus denunciamus, tenore Presencium Literarum, tamdiu excommunicatos denuncietis, vitetis, et denunciari et vitari a vestris subditis arcius faciatis, donec de predictis inobedienciis, rebellionibus, excessibus, invasionibus, congressionibus, et occupacionibus, satisfaccionem impenderint competentem et Mandatis Apostolicis paruerint humiliter, ut tenentur, ac a predictis Sentenciis Absolucionis beneficium meruerint optinere; scituri quod ad penas alias spirituales et temporales contra dictum Robertum et in hac parte adherentes eidem, si in sua diucius pertinacia perduraverint, sicut nobis expedire videbitur ipsorumque requiret contumacia et suadebit justicia, procedemus.—Ut, igitur, hujusmodi nostri Processus ad communem omnium noticiam deducantur [*and so forth, verbatim, to the end of the Document, as on page* 361 *line* 22].—Datum Notynghamie, Eboracensis Diocesis, die decima nona mensis Augusti, Anno Domini M°. CCC^mo^. xviij°, Pontificatus predicti Sanctissimi Patris, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XXII^di^ Anno Secundo.

Miseracione Divina Gaucelinus, etc., *ut supra in Primo Processu.*—Literas Apostolicas, vera bulla plumbea et filo canapis, more Romane Curie, bullatas, patentes, integras [*etc., ut supra*], recepimus; quarum tenor sequitur in hec verba:—Johannes, Episcopus, etc. [*ut supra*],—Personam carissimi in Christo Filii nostri, Edwardi, Regis Anglie Illustris, ejusque Regnum inclitum, ea dileccionis sinceritate prosequimur, ut, suum dictique Regni statum a guerrarum
fol. 137. fluctibus liberum et a discriminibus turbacionis inmunem paternis desideriis affectantes, ad procurandum tranquillitatem et quietem illius oportunum Apostolice Sedis favorem, quantum cum Deo possumus, liberaliter impendamus, quatinus Rex ipse, securitate sibi ab insidiis emulorum indulta, utilitatibus propriis liberius possit intendere, seque ad assumendum negocium Terre Sancte, nostris precordiis non mediocriter insidens, ad quod—ut asserit—ferventer anelat (*sic*), habilius valeat preparare, cunctaque, sicut displicenter audivimus, ipsorum Regis et Regni pax et optanda tranquillitas nedum sit forinsecis guerrarum turbinibus perturbata, set et intestinis periculose lacerata scissuris, dum nonnulli Magnates et Nobiles dicti Regni, spreto Fidelitatis debito, ab ipsius Regis obediencia se subducunt, et tam illi quam alii in ipsum Regem, et

Regnum predictum, et Terram suam Hibernie, impugnacionis et invasionis reprobande conatus excercent; nos, eidem Regi et Regno, premisse consideracionis intuitu, circa id quantum in nobis est prospici cupientes, in omnes et singulos, cujuscumque sint preeminencie, dignitatis, aut status, qui Regem ipsum, Regnum, et Terram predictam aut eorum partem invadere, vel Regnum ipsum et Terram, contra Regem eundem, cum armis vel sine armis, intrare presumpserint, aut alias eorum pacem et tranquillitatem injuste turbaverint, seu hujusmodi turbatoribus aut invasoribus in pecunia, equis, vel armis, vel aliis, circa hec prestiterint auxilium, consilium, vel favorem, publicum vel occultum, Excommunicacionis in personas, et Interdicti Sentencias in Terras eorum, auctoritate Presencium promulgandi, a qua, quidem, Excommunicacionis Sentencia, sine speciali Mandato Sedis Apostolice, nisi forsan in mortis articulo, absolvi nequeant; in quo, eciam, si fuerint absoluti, et ipsos contigerit sanitati restitui, nisi satisfecerint infra mensem, eadem Sentencia eo ipso ligentur; necnon ad quascumque alias penas, spirituales et temporales, contra illos debite procedendi; et insuper hujusmodi Sentencias atque penas, ubicumque et quocienscumque expedire videritis, et precipue in locis maritimis seu mari vicinis, per vos, vel alium seu alios solempniter publicandi, ac omnes pacciones, obligaciones, confederaciones, et colligaciones, circa premissa vel eorum aliquod factas, juramento vel quacumque firmitate alia roboratas, nullas, irritas, et viribus vacuas nunciandi, vacuandi, seu dissolvendi, irritandi, et revocandi, quatenus de facto processerint; necnon et juramenta circa id prestita, prout secundum Deum expedire videritis, relaxandi, et alia que circa premissa et ea tangencia fuerint oportuna, mediante justicia, faciendi, non obstantibus quibuscumque Commissionibus, super predictis vel eorum aliquo, vobis, aut quibuslibet aliis alias per nos factis; quibus, tamen, per hoc non intendimus derogare, set eas volumus in suo vigore manere; aut si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum sub quacumque forma vel concepcione verborum, quod excommunicari vel eorum terre Ecclesiastico Interdicto supponi non possint, per Literas Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mencionem; et qualibet alia dicte Sedis Indulgencia, generali vel speciali, cujuscumque tenoris vel expressionis existat, per quam effectus Presencium impediri possit vel quomodolibet retardari; vobis aut vestrum alteri plenam et liberam concedimus, tenore Presencium, facultatem.—Datum Avinionie, iiij^to Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno Secundo [29 Dec., 1318].

Item, Johannes Episcopus, Servus, etc., Gaucelino, etc. [*ut supra*].—Crescit facile in inmensum inpunita temeritas, etc., *ut supra, in ultima Bulla Primi Processus.* –Sane sic prudenter prescindenda sunt scandala ut succedant bona salubrius, quodque, votivo offendiculo segregato, facilior occurrat aditus ad optata. Attendentes, itaque, quod Dominus noster, Summus Pontifex, salutis, pacis, et concordie Illustris Regis Anglie, Regnorum et Parcium predictorum, ac incolarum ipsarum, zelator precipuus, ad ea nos miserit que sunt honoris Dei et Romane Ecclesie, ac status pacifici et tranquilli Regis et Regnorum ac Parcium incolarum predictorum, nos, precavere volentes ne guerrarum turbacio que solet interdum in talibus afferre periculum Processui nostro, super injunctis nobis a Sede Apostolica, et circa ea—quod absit—aliquid difficultatis opponat, necnon Mandatis Apostolicis humiliter obedire et injuncta nobis in hac parte efficaciter exequi, ut tenemur; cum, consideratis circumstanciis plurimis, infrascripta fieri debere nobis expediencia videantur, tum quia nonnulla Castra et Ville Regni et Terre predictorum ac gentis Regis ejusdem Anglie per quosdam invasa fuerint nequiter et aggressa, ac nichilominus occupata; tum, eciam, quia invadi ac aggredi et occupari periculosius formidantur, prout hec ad nos fama pertulit plurimorum, et propterea pacis et concordie prosecucionis injuncte nobis non est dubium impediant effectus, monemus Auctoritate predicta primo, secundo, tercio, et peremptorie, ac tenore Presencium salubribus in Domino monitis exhortamur Nobilem Virum, Robertum de Brus, Regnum Scocie gubernantem, necnon omnes et singulos Archiepiscopos, Episcopos, et Prelatos, et Personas Ecclesiasticas quascumque, omnesque et singulos Magnates, Nobiles, et quoslibet alios, Regnorum Anglie et Scocie et Parcium predictorum incolas, et quoscumque alios Regnorum et Terrarum ac Parcium quorumcumque, cujuscum-
p.137b que sint preeminencie, dignitatis, auctoritatis, condicionis, aut status, ipsaque (*sic*) injungimus et, tenore Presencium, inhibemus quod Serenissimum Principem, Dominum Edwardum, Dei gracia Regem Anglie, aut Regnum Anglie, et Terram suam predictam, aut eorum partem hostiliter invadere, vel Regnum Anglie et

Terram predictam Ibernie, contra Regem ipsum, aut in ipsius Regni Anglie et Parcium predictorum prejudicium, cum armis vel sine armis, intrare, aggredi, aut occupare, absque consensu et voluntate ipsius, aliquatenus non presumant; quodque ab invasionibus et aggressionibus ac occupacionibus hujusmodi, si quas fecerint, omnino desistant, nec alias pacis et concordie prosecucionem nobis injunctam, aut pacem et tranquillitatem Regis et Regni et Parcium predictorum aliquatenus impediant vel conturbent, aut turbatores quoslibet et invasores Regis et Regni Anglie et Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, vel armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio coadjuvent quoquo modo, sive prestent ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus, consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, publicum vel occultum. Quod si dictum Dominum Regem aut Regnum Anglie, et Terram predictam Ibernie, contra Regem ipsum aut in ejus prejudicium, cum armis vel sine armis, intrare presumpserint, aut ab invasionibus et aggressionibus ac occupacionibus hujusmodi non destiterint, aut alias pacis et concordie prosecucionem nobis injunctam, ac pacem et tranquillitatem Regis et Regni Anglie et Parcium predictorum impediverint aut conturbaverint, aut turbatores quoslibet et invasores, aggressores, ac occupatores Regis et Regni Anglie et Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio coadjuvaverint, seu prestiterint ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, publicum vel occultum, nisi infra x dies a tempore Publicacionis et Notificacionis Presencium continue computandos, quorum tres pro primo, et tres pro secundo, et reliquos quatuor ipsis Roberto, et invasoribus, turbatoribus, et aggressoribus et occupatoribus, et eorum singulis, pro tercio et peremptorio termino et Monicione Canonica assignamus, destiterint a predictis et singulis predictorum, aut contra moniciones et exhortaciones nostras hujusmodi fecerint, aut presentibus mandatis nostris vel monitis non paruerint, cum effectu; nos, predicta Apostolica Auctoritate nobis in hac parte commissa, in eundem Robertum de Brus, Regnum Scocie gubernantem, et in omnes et singulos Magnates et Nobiles, aut quoscumque alios Anglie et Scocie Regnorum et Terrarum aut Parcium predictorum, seu aliorum Regnorum et Parcium quorumcumque incolas, et in omnes et singulos complices, adjutores, valitores, consiliarios, fautores, et sequaces ejusdem Roberti et aliorum Magnatum et Nobilium predictorum, cujuscumque preeminencie, dignitatis, auctoritatis, et condicionis aut status existant, qui Regem ipsum, aut Regnum Anglie et Terram Ibernie memorata, aut partem eorum quamcumque, hostiliter invadere, aggredi, occupare, vel Regnum et Terram predicta, contra Regem ipsum et in ejus prejudicium, cum armis vel sine armis, intrare aliquatenus presumpserint, seu qui ab invasionibus, aggressionibus, et occupacionibus, jam factis et inposterum faciendis, omnino non destiterint, aut alias pacis et concordie predictarum prosecucionem nobis injunctam, ac pacem et tranquillitatem Regis et Regni et Parcium predictorum aliqualiter impediverint aut conturbaverint, ac turbatoribus quibuslibet et aggressoribus ac invasoribus Regis et Regni Anglie ac Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio juvaverint, sive prestiterint dicto Roberto et ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, quomodolibet, publicum vel occultum, nisi intra predictum terminum a premissis destiterint, et ea que ipsis injungimus et singula eorundem non compleverint cum effectu, ex nunc ut ex tunc, Monicione premissa Canonica, Auctoritate prefata, Excommunicacionis Sentencias ferimus in hiis scriptis. Terras, vero, ipsius Roberti, ac Magnatum et Nobilium predictorum, necnon complicum, adjutorum, valitorum, consiliariorum, fautorum, et sequacium dictorum Roberti, et aliorum quorumcumque Magnatum et Nobilium predictorum, si qui fuerint, qui contra moniciones et mandata nostra aliquid acceptaverint, et nostris monicionibus et mandatis non paruerint, ut premittitur, cum effectu, in hiis scriptis, per hanc nostram Sentenciam Ecclesiastico supponimus Interdicto. Archiepiscopis, vero, et Episcopis, quibus ob reverenciam Pontificalis Dignitatis deferre volumus in hac parte, si qui fuerint dictorum Roberti aliorumque quorumcumque Magnatum et Nobilium, in et super premissis, adjutores, valitores, consiliarii, fautores, quomodolibet, aut sequaces, contra moniciones et mandata nostra hujusmodi faciendo, aut qui pacis et concordie predictarum prosecucionem nobis injunctam, aut pacem et tranquillitatem Regis et Regni Anglie ac Parcium predictorum aliqualiter impediverint aut turbaverint, ac dictum Robertum, aut alios

turbatores quoslibet et aggressores, et invasores et occupatores Regis et Regni Anglie ac Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio juvaverint, sive prestiterint dicto Roberto et ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus, consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, quomodolibet, publicum vel occultum, ex nunc ut ex tunc, Auctoritate prefata, premissa Monicione Canonica, in hiis scriptis, ingressum Ecclesie interdicimus; et si Interdictum hujusmodi per iiij^or
fol. 138. dies dictos decem inmediate sequentes sustinuerint, ipsos et eorum quemlibet suspendimus a Divinis. Quod si Interdictum et Suspensionem hujusmodi per alios vj dies, predictos xiiij inmediate sequentes, sustinuerint, animis induratis, nos in ipsos et eorum singulos, necnon in quoscumque Electos Abbates, Priores, Decanos, Prepositos, et quascumque alias Personas Ecclesiasticas, Seculares et Regulares, quorumcumque non mendicancium sive mendicancium Ordinum, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel condicionis fuerint, dictorum Roberti, aliorumque quorumcumque Magnatum et Nobilium in et super premissis adjutores, valitores, consiliarios, fautores, quomodolibet, aut sequaces, contra moniciones et mandata nostra hujusmodi faciendo, aut qui pacis et concordie predictarum prosecucionem nobis injunctam, aut pacem et tranquillitatem Regis et Regni Anglie et Parcium predictorum aliqualiter impediverint aut turbaverint, ac dicto Roberto aut aliis turbatoribus quibuslibet, et aggressoribus ac invasoribus Regis et Regni Anglie ac Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, armorum, equorum, aut aliorum quorumcumque prestacione subsidium prestiterint, sive dederint dicto Roberto et aliis invasoribus, etc., consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, quomodolibet, super premissis, publicum vel occultum, ex nunc ut ex tunc, Auctoritate predicta, premissa Monicione Canonica, in hiis scriptis Excommunicacionis Sentencias promulgamus; Ecclesiasque Archiepiscoporum et Episcoporum, et illas, ac Monasteriorum quorumcumque Prelatorum predictorum, per hanc nostram Sentenciam Ecclesiastico supponimus Interdicto; ad penas alias Spirituales et Temporales, sicut nobis expedire videbitur, contra dictum Robertum et quoscumque alios facientes contra Moniciones et Mandata nostra hujusmodi, ac non parentes eisdem effectualiter, juxta potestatem nobis super hoc per dictas Literas Apostolicas attributam, prout requiret eorundem excessuum protervitas et juris permittet equitas, processuri. Porro, ut nichil de contingentibus obmittamus, et ne aliqui quarumcumque paccionum, obligacionum, confederacionum, aut colligacionum, circa premissa vel eorum aliqua factarum, hactenus se valeant super premissis aliquatenus excusare, nos, Auctoritate predicta, nobis in hac parte commissa, omnes et quascumque pacciones, obligaciones, confederaciones, et colligaciones, generales et speciales, circa predicta vel aliquod predictorum, inter quascumque Personas factas, eciam penarum apposicione, juramento, vel quacumque firmitate alia roboratas, per hanc nostram Sentenciam in hiis scriptis, dissolvimus, annullamus, irritamus, ut omnino viribus vacuas, et eas, quatenus de facto processerint, eciam revocamus, ipsasque nullas, irritas, et viribus quibuslibet vacuas nunciamus, Auctoritate qua supra, tenore Presencium Literarum; juramenta, vero, circa premissa prefata, a quibuscumque quibusvis Personis, cum Persone que juramenta talia prestiterint ad nos accesserint vel sufficientes Procuratores propter hoc ad nos miserint, relaxare studebimus, prout secundum Deum animabus transgrediencium salubrius videbimus expedire. Verum, quia hujusmodi nostrorum Processuum, Monicionum, Exhortacionum, et Sentenciarum Edictum ad singulorum quorum interest, intererit, vel interesse poterit, proferri noticiam affectamus, ut contra Processus ipsos cujuslibet ignorancie et calumpnie tollatur occasio, dictos nostros presentes Processus per vos et vestrum singulos decrevimus et, tenore Presencium, decernimus publicandos. Quare vobis, Dominis Archiepiscopis et Episcopis, ceterisque Prelatis et Personis Ecclesiasticis supradictis, exemptis et non exemptis, in dictis Regnis Anglie et Scocie ac Terris Ibernie et Wallie, aut Regnis et Terris aliis, constitutis, et aliis ad quos Processus nostri presentes pervenerint, Auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, districte precipiendo mandamus vobis et vestrum singulis, in virtute Sancte Obediencie et sub pena Excommunicacionis districcius injungentes, quatinus predictos nostros Processus, Moniciones, Sentencias, et Mandata, ac alia omnia et singula in nostris presentibus Literis annotata, infra octo dies postquam Litere ipse ad vos pervenerint, in Ecclesiis vestris, astante ibidem Populo Fideli, dum celebrabitur Major Missa, solempniter publicetis, semel et pluries, diebus et locis aliis, sicut vobis et vestrum singulis videbitur expedire, ac eundem Robertum de Brus, Regnum Scocie gubernantem, special-

iter, nominatim, et publice, et omnes alios et singulos qui Monicionibus et Mandatis nostris—immo, vero, Apostolicis—in hac parte non paruerint cum effectu, generaliter, palam, et publice, singulis Diebus Dominicis et Festivis, pulsatis campanis, et candelis accensis, denuncietis excommunicatos, Terrasque eorum Interdicto Ecclesiastico subjacere tamdiu donec a predictis invasionibus, aggressionibus, occupacionibus, consiliis, auxiliis aut favoribus et impedimentis ac turbacionibus omnino destiterint, et Mandatis nostris—immo, verius Apostolicis—paruerint cum effectu, et Absolucionis beneficium a Sentenciis hujusmodi, quarum Absolucio est, ut premittitur, Sedi Apostolice reservata, specialiter meruerint optinere; certificantes nos quam cito comode poteritis, per vestras Literas Patentes, quibus super premissis fidem plenam adhibebimus,
fol. 138b qualiter executi fueritis supradicta, et de nominibus et personis illorum singulariter singulis qui contra premissa facere et nostris presentibus Monicionibus et Mandatis, cum vobis primum constiterit, presumpserint contraire. Ut, igitur, hujusmodi nostri Processus ad communem omnium noticiam deducantur, volumus, ac vobis et singulis vestrum, sub penis infrascriptis, districte precipiendo, mandamus quatinus Cartas sive membranas Processus continentes eosdem, sub sigillis vestris, in majorum Cathedralium et aliarum Solempnium, mari potissime vicinarum, vestrarum Civitatum et Diocesium, appendi vel affigi hostiis seu super liminaribus faciatis, que Processus nostros hujusmodi suo quasi sonoro preconio et patulo indicio manifestent; ita quod inobedientes ipsi, si qui—quod absit—fuerint, quos Processus inde contingunt, nullatenus possint ignoranciam allegare; cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Quod si premissa non feceritis, aut in premissis negligentes fueritis vel remissi, vel nostris in hac parte Mandatis non parueritis cum effectu, nos vobis Dominis Archiepiscopis et Episcopis, quibus ob vestre reverenciam dignitatis defferre volumus in hac parte, ex nunc vel ex tunc, Auctoritate prefata, Monicione premissa Canonica, ingressum Ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Quod si Interdictum hujusmodi sustinueritis per sex dies, vos in hiis scriptis suspendimus a Divinis, ac in vos et in omnes et singulas Personas Ecclesiasticas, Regulares et Seculares, exemptas et non exemptas, quorumcumque Ordinum et Religionum existant, si premissis non parueritis vel paruerint, ut prefertur, Excommunicacionis Sentenciam, Monicione Canonica premissa, ferimus in hiis scriptis. In quorum omnium testimonium presentes Literas scribi et regestrari fecimus, nostrorumque sigillorum appensione muniri.—Datum Notynghamie, Eboracensis Diocesis, die xix mensis Augusti, Anno Domini M° CCC° xviij°, Pontificatus prefati Sanctissimi Patris, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XX II^di, Anno Secundo. —folios 131b—138b.

Scottiscumbe, Richard de, collated to the V. of Farringdon; 82b: resigns; 83b: inst. to the Chantry of St. Thomas-on-the-Bridge, Barnstaple; 145.

Scut, Robert le, *see* Bosham; 15b.

Seal, discovery of a forged Duplicate of the Bishop's,—*Commission directed to his Official Principal*:—

Cum transmissum nobis per vos quoddam Sigillum plumbeum, adinstar Sigilli nostri majoris falso et subdole fabricatum, jam receperimus, ex hoc in animo non immerito conturbati; nosque, facta subsequenter collacione hujusmodi Sigilli falsi cum nostro proprio Sigillo vero, in nonnullis ipsorum partibus discordancias invenerimus manifestas; cupientes, modis et viis licitis quibus poterimus, de hiis qui, hujusmodi Sigillum plumbeum fabricando, crimen ex hoc falsi temere commiserunt, consiliariis eciam et fautoribus eorundem, effici cerciores, vobis, tenore Presencium, committimus et mandamus quatinus, cum per nos, longe extra nostram Diocesim ex certis variis et arduis negociis agentes ad presens, premissa comode nequeant expediri, de hujusmodi falsariis, consiliariis, eciam, et fautoribus eorundem, ut premittitur, et de ceteris circumstanciis universis, nichil de ipsis penitus omittentes, diligenter et cum omni cautele studio debite inquirere studeatis plenariam veritatem. Ad que omnia et singula, una cum potestate pronunciandi et hujusmodi malefactores in hac parte debite puniendi, ac, eciam, omnia alia et singula faciendi que in hac parte necessaria fuerint vel, eciam, oportuna, vobis vices nostras, cum Canonice cohercionis potestate,

committimus per Presentes.—Datum apud Horsleghe, xxix die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo CCCmo septimo decimo; 118b.

Seaton [Setone, MS.], *see* Offwell; 169b.

—Roger, Vicar of,—"Licencia visitandi Ecclesiam de Vendome, in Partibus transmarinis, causa Perigrinacionis." He was to return to his Parish within a month (17 April, 1309); 40b.

The Tithe of Royal Fish,—

Memorandum quod xxiiij die Octobris, apud Nywenham, Dominus optinuit xv pecias graspesii, nomine decime, de Domino Willelmo [*Gladwyne*], Vicario Ecclesie de Setone; quas idem Willelmus, nomine Episcopi, de parochianis suis recepit, hujusmodi nomine decime.—Item, xxv die Octobris, apud Parvam Wyndesore, recepit per manus Domini Willelmi, Vicarii Ecclesie de Setone, xij pecias de graspesio, nomine decime prenominate, de Willelmo de Gravestone et Johanne Craf, parochianis dicte Ecclesie de Setone; 44b.—*See* Vol. I., page 287.

Secchevyle, ... de, Canon of St. Crantock, deceased; 67.

Sefford, Rd. de, collated to Cheriton-Bishop; 114b.

Segrave, Gilbert de, Bishop of London; 81b.

Seler, Richard le, *see* "Wills"—Wyger, Henry; L 201b.

Senebaud, Philip (of Exeter), clerk; L 190b.

Seneschal, Bartholomew le, R. of St. Erme, deceased; 142.

Seneschal, John le; (*see* page 4).

Seneschal, Oliver le, Canon-Regular of Bodmin; 39, 71.

Seneschal, Richard le, inst. to Whitstone (*Cornwall*); 55b.

Seneschal, Rob. le, collated to Lelant; 49b: inst. to St. Mawgan-in-Kirrier; 182. *See* St. Constantine (*Inst.*); 57b, 60.

Sernon, Geoffrey de, *see* St. Michael's-Mount (*Inst.*); 114.

Servat, William, a merchant; L 207b.

Servyngtone, David de and Alianora, *see* "Oratories."

Servyngtone, John de, inst. to Creacombe; 63: Eggesford; 84b.

Secheforde, Wm. de, inst. to Northmolton; 42b, 75: resigns; 148.

Setone, Walter de, inst. to Denbury; 100b: collated to Morchard-Bishop; 142b.

He was commissioned to prove Wills, 17 April, 1322, 167b (*see* Giffard, Walter).—The Bishop grants him an Annual Pension of ten Pounds (24 Sept., 1324); 181b: collated to a Prebend in Crediton; 184b.—*See* Philleigh (*Inst.*); 144b: Axmouth (*Inst.*); 156: Coadjutors; 168.

Seynt Moys, Peter de, Prior of St. James's Priory, Exeter, deceased; 85b.

Seys, Richard le, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Schakespere, Symon de, collated to Arlington; 35b; Dispensation for non-residence—"vj Kalendas Januarii" (27 Dec.), 1308; 37b.

Sherborne, The Abbat and Convent of, present to Abbots-kerswell; 157b: Seaton; 161b.

Schireburne, William de, R. of Bratton[-Fleming ?]; 37b, 47.

Sherwill [Schirewille, MS.],—

Stephen de Columbers, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (19 Feb., 1310-11); 59b: again (subdeacon), for three years from Michaelmas (30 Aug., 1312); 73.

Shobrooke [Schockebrocke, etc., MS.],—

—Walterus, etc. Magistris Radulpho Germeyn, Precentori, Rogero de Otery, Cancellario, in Ecclesia Exoniensi, salutem, etc.—Ad dissolvendum Appropriacionem seu Annexionem Ecclesie de Schokebrock Penitenciarie in dicta Ecclesia Exoniensi, quam jam optinet Magister Johannes de Uphavene, in eadem dudum factas, si ad id ipsius Magistri Johannis voluntas accesserit et consensus; necnon Ecclesiam de Eglosheil, jam vacantem, que ante Appropriacionem et Annexionem predictas eidem Penitenciarie appropriata fuerat, ut dicitur, seu annexa, et ex causis minus legitimis extra hujusmodi Appropriacionem seu Annexionem subsequenter reducta, ad pristinum Appropriacionis seu Annexionis effectum, de consensu Capituli nostri Exoniensis—si sit ita et Canonica inventa fuerit—reducendum; vel alias ipsam Ecclesiam de Eglosheil eidem Penitenciarie, de consensu dicti Capituli, prehabitis omnibus et singulis que in hac parte requiruntur, appropriandum seu annectendum de novo, si et prout videbitur expedire; ac, eciam, omnia alia et singula faciendum super hiis et expediendum que necessaria visa fuerint vel eciam oportuna, vobis tenore Presencium committimus vices nostras, etc.—Datum apud Stockwille juxta Londonias, xxvj die mensis Julii, A.D. M° CCCmo terciodecimo, Consecracionis nostre quinto; 79.

Master Walter de Esse, deacon, (Canon of Crediton), R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (16 Aug., 1314); 87b.

[Sidbury [Sydebiry, MS.],—

Visitations (*by the same as at* Branscombe, No. I., *see* p. 193),—

I.—Die Jovis proxima sequente [post Festum Translacionis Sancti Benedicti—13 July], 1301.—Quo die fuerunt in Ecclesia loci predicti unus bonus Calix et alia debilior. Quatuor paria Corporalium cum repositoriis. Tria paria Vestimentorum, quorum j debile. Due Casule veteres. Viginti tualle benedicte, et ij non benedicte. Pannus lineus ad cooperiendum Altare. Tria superpellicia, cum ij rochetis. Tria superpellicia pro pueris. Pannus mortuorum. Velum Nupciale de serico. Pannus ad Patenam, stragulatum (*sic*). Alius pannus de serico. Velum Quadragesimale lineum. Pixis ad Eukaristiam eburnea, sine sera, de argento ligata. Duo Textus[1] decentes. Duo Paxilla, bene depicta. Due Cruces Processionales, de metallo, et iiij Vexilla. Quatuor Processionalia de stanno. Crismatorium stanneum cum sera. Sacrarium[2] honestum. Tres campane ad mortuos. Quatuor fiole. Et turribulum sufficiens. Ciphus pro infirmis. Baptisterium bene seratum. Unum bonum Missale; et aliud sufficiens, sine nota. Duo Gradalia, et in altero est Troparium. Duo Troparia per se, quorum aliud male ligatum et Moniale. Temporalis Legenda per se; et Legenda Sanctorum per se, male ligata. Unum bonum Portiphorium vetus, sine Psalterio. Tria Antiphonaria, quorum ij non sunt de Usu. Unum Psalterium sufficiens per se; aliud insufficiens, continens Ymnarium. Capitularium, Collectarium, et Commune Sanctorum. Ordinale bonum. Unum cofferum ad Libros, et ij forceria ad candelas. Synodus Episcopi Petri. Ala Ecclesie male cooperta; cujus coopertura differtur, quia speratur quod Dominus W. de novo reedificabit eam.

Testes Synodales,—Quatuor de Parochianis fidedigni, vocati, dicunt quod Walterus Vicarius optime se habet in omnibus, bene predicans, et Officium suum Sacerdotale laudabiliter excercens. Similiter et Clerici honeste se gerunt. De mortali peccato nichil sciunt.

Jurati,—Johannes de Hitteweye, Walterus Cole, Johannes Hisgere, Johannes de Wollecumbe, Johannes le Tanner, Henricus Herynge, Henricus Uppeclyve, Thomas Knoude, Willelmus Sutor, Willelmus de la Pynne, et Johannes Lascy, jurati, dicunt quod sunt ibi de redditu assiso, cum auxilio, et gabugo[3] molendini,

---

[1] "Liber seu Codex Evangeliorum." *D'Arnis.*

[2] "Pars Altaris ubi reponitur Ciborium."—*ibid.*

[3] *Sic*, MS.—Gablum—gablagium—gabulum—"census, tributum, reditus."—*ibid.*

xxxij*li.* Et decima valet xl marcas; molendinum v marcas. Berbiagium singulis alternis annis, xvj oves matrices sine agnis et viij hogastri, et alternis annis viij oves et xvj hogastri.[1] Valorem dominici et aliorum ad dictum Manerium spectancium extendere nesciunt. Servicia ipsorum et consuetudines in nullo mutantur. Et credunt quod Firmarius habuit, de bonis predecessoris sui, pro defectibus in predicto Manerio inventis, xl marcas, quas in construccione nove camere ex parte Australi Aule, et reparacione alterius camere ex parte Boriali, et aliarum duarum domorum per ipsum constructarum, totaliter expendit, et x marcas ultra. Et nichilominus estimant defectum grangie siliginis iiij marcis, columbarii xl*s.*, et boverie de Bougcleve, xl*s.*, secundum quod in proxima Visitacione estimabantur.—*Archives of the D. and C., No.* 3673, *page* 36.

II.—*Visitacio de Sidebury*, facta Die Dominica proxima post Festum Sancti Augustini [28 May], A.D. Mo CCCmo septimo,—

Deficit pannus lineus ad cooperiendum Majus Altare. Deficiunt tria superpellicia pro pueris. Deficit serura ad Eukaristiam. Quinque Vexilla. Legenda Sanctorum male ligata. Cancellus male coopertus; et est contencio inter Vicarium et Parochianos quis debeat cooperire Cancellum: et inquiritur de valore Vicarie. Navis Ecclesie male est cooperta.

Parochiani, videlicet Johannes de Hytteweye, Ricardus Byssop, Johannes de Manstone, Henricus Trone, Johannes de Filcumbe, Ricardus de Radeweye, Johannes de la Clyve, Nicholaus de Northlyncumbe, Willelmus de eodem, Ricardus de la Beare, Laurencius le Sopere, Johannes de Virga, Henricus Ysger, Willelmus Faber, et Johannes Godynche, jurati, dicunt quod Dominus Walterus, Vicarius, eos instruit in Fide secundum quod scit et ad eum pertinet, et bene se gerit et honeste; nec aliquid sciunt quod indiget correccione in Parochia. Et valet dicta Vicaria xij marcas, et Rectoria xxx*li.* Dominus W., nunc Firmarius, homines Manerii bene tenet et defendit; nullusque redditus est augmentatus vel diminutus, nisi ad voluntatem Domini. De operibus et consuetudinibus, ac consuetudinibus antiquis, liquet per custumarium; et dictus Firmarius eas tenet secundum quod invenit. Nulle sunt consuetudines de novo imposite, lege vel jure; nec aliqua est terra alienata, nec aliquis est libertati donatus. Dominicus est melioratus per presentem Firmarium in marliacione xiij acrarum et clausarum, in quatuor *li.*, nec aliquid de dicto dominico alicui est concessum, prece vel precio. Gardina, pomeria, piscaria, prata, et clausa, sunt in statu quo dictus Firmarius eas recepit. Columbarium est ad terram consumptum, quod potest reparari cum ij marcis. Molendina sunt meliorata, et majus valent quam valuerunt tempore quo recepit—in quantum ignorant,—nec nunc indigent aliquali reparacione. Et idem W., Firmarius, expendit tam in ereccione domorum, videlicet in construccione camere in parte Australi Aule et emendacione camere ex parte Boriali, et construccione cujusdam stabuli juxta magnam portam, et nova vaccaria in Curia, et berbaria apud la Waterlete, et boveria apud Bohe Clyve, et porticu grangie decimalis. Summa molendino et aliis necessariis dicti Manerii, lx marce, a tempore quo stetit Firmarius. Quantum recepit a predecessore suo ignorant. Et dimittere debet successori suo iij mensas, unam pelvim cum lavatorio, et vj trestella. Et, tamen, quedam grangia que vocatur grangia siliginis, que est ruinosa, si esset prostrata non esset ad dampnum Manerii. Et potest reparari in statu quo fuit tempore quo Dominus W. firmam recepit pro x*s.* Et dicunt quod Vicarius consuevit solvere quandam annuam pensionem xl*s.*, et cessavit circiter xv annos. Quedam pars muri longe grangie, longitudinis iij virgatarum et dimidie, est ruinosa; que potest reparari pro iiij*s.*—*ibid.*, page 51.

Taxation of the Vicarge,—

Universis, etc., Walterus, etc., salutem, etc.—Noverit Universitas vestra quod, cum inter dilectos in Christo filios, Decanum et Capitulum Ecclesie nostre Exoniensis, ex parte una, et Stephanum, Vicarium Ecclesie de Sydebery, ex altera, occasione cujusdam annue pensionis quadraginta solidorum, eisdem Decano et Capitulo, nomine Vicarie sue predicte, per Canonicam Ordinacionem debite ab eadem, quam idem Vicarius jam per sex annos subtraxisse indebite dicebatur, mota fuisset materia questionis, tandem dicti Decanus et Capitulum, per Nicholaum Durneforde, Procuratorem eorundem, Magister Rogerus de Churletone, Archidiaconus Tottonie, et Firmarius dicte Ecclesie de Sydebury

[1] *See* page 24, *note* 2.

perpetuus, ac Dominus Stephanus, Vicarius, personaliter coram nobis, Waltero, Episcopo predicto, in Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis predicte, die Mercurii proxima post Festum Sancti Hillarii, Anno Domini Millesimo tricentesimo quintodecimo [14 Jan., 1315-16], comparentes, ut licium amfractus volentes super subdetraccione dicte pensionis, et ceteris porcionibus ad dictam Vicariam spectantibus; necnon, omni jure et possessione dictum negocium quoquo modo tangentibus in hac parte, nostre per omnia Ordinacioni alte et basse submiserunt; et expresse concesserunt quod dictam Ordinacionem nostram, in scriptis vel sine scriptis, pro nostre voluntatis arbitrio proferre possemus, omnibus litibus et Processibus Judicialibus super hoc prius habitis et Appellacionibus interpositis et interponendis renunciantes omnino, et promittentes bona fide se nullo unquam tempore contra dictam Ordinacionem venturos, set se velle in omnibus obtemperare et parere eidem. Unde nos, . . . admissa submissione antedicta, Parciumque supradictarum racionibus et juribus, coram nobis propositis, auditis et plenius discussis, virtute submissionis predicte, invocato Dei Nomine, ordinamus quod, omnibus aliis Ordinacionibus, presenti Ordinacioni nostre contrariis, evacuatis, Ordinacio olim tempore Johannis dicti Lupi, quondam Vicarii dicte Ecclesie de Sydebery, facta, cum Ordinacionis effectu inferius cum moderamine infrascripta, perpetuis temporibus robur obtineat firmitatis; videlicet, quod Vicarius dicte Ecclesie de Sydebery qui pro tempore fuerit habeat domos et ortos quos et quas Alanus, predecessor dicti Johannis Lupi, habuit, cum tota terra et prato sub via que se extendit ad grangiam de Bo eclive, versus Cotteforde, per metas dicte terre usque ad aquam que vocatur Syde, et descendendo per eandem aquam usque ad quendam rivulum descendentem a predicta grangia in aquam predictam; una cum omnibus minoribus decimis, oblacionibus, et Altaris obvencionibus, de Sydebery, sine diminucione, exceptis fabis et pisis que crescunt in novis croftis et novis ortis, et in terra forinseca. Et, ne super hoc, processu temporis, causari poterit ambiguitas, per presentem Ordinacionem declaramus quod de illis croftis et ortis intelligi debebit qui post predictam Ordinacionem, tempore dicti Johannis Lupi factam, ad culturam fabarum et pisarum sunt redacti, et quos ad id redigi contigerit in futurum. Preter hec, omnem decimam feni tocius Parochie; omnimodis decimis Manerii de Sydebery provenientibus Decano et Capitulo, aut Firmario Loci, ut Rectoribus, integre remanentibus. Et idem Vicarius reparabit omnes defectus tam Cancelli quam Ornamentorum quorumcumque ad Rectorem spectantes, et habebit meremium sufficiens de bosco Decani et Capituli, ibidem, pro prima reparacione dicti Cancelli, facienda infra biennium; et extunc ipse et successores sui, suis sumptubus, inperpetuum, agnoscent in solidum omnia onera ordinaria Rectori aut Vicario incumbencia, et, eciam, extraordinaria ipsum Vicarium secundum ejus Taxacionem contingencia. Et in recompensacionem hujusmodi oneris habebit remissionem omnium arreragiorum antiquorum pensionis debite, que se extendit ad duodecim libras, preter duas marcas, quas statim solvet Decano et Capitulo predictis, in Scaccario Exonie. Item, habet remissionem unius marce annue de antiqua pensione quadraginta solidorum, ita quod amodo portabit et solvet Decano et Capitulo predictis, in Scaccario ipsorum Exonie, duas marcas, annuatim, ad iiij^{or} anni terminos principales. Et, ne presens Ordinacio debito frustretur effectu, predictas Partes ad observacionem ejusdem, auctoritate ordinario, sentencialiter condempnamus.—In cujus rei, etc.—Datum, etc. (*ut supra*).—*Archives of the D. and C., No.* 3625, *fol.* 102.

Sydebyry, Roger de, *see* Winkleigh (*Inst.*); 41: inst. to Heavitree; 47^{b}, 52^{b}, 184^{b}.

Sydemuwe, John de, Priest-Vicar of Crediton; 67^{b}; inst. to Clannaborough; 181.—*See* Consistory Court; 172.

Silverton [Sylfeltone—(*margin*) Sylfertone],—

Roger de Sancto Constantino, R.,—Licence of non-residence, for a year from Michaelmas, "et intendendi obsequiis Regiis" (18 Sept., 1309); 43^{b}: again, "ad instanciam Magistri Ricardi de Abyndone, Baronis de Scaccario Domini Regis," for a year from Michaelmas (2 Aug., 1318); 128^{b}.

Simone, William, *fishmonger*; L 201^{b}.

Skelton, Peter de, R. of St. Stephens-by-Saltash; 45^{b}, 110^{b}.

Skewyheke, Mathias de, V. of St. Hilary; 88.

Skirpenbeck (*Yorkshire*), *see* King's Teignton, Prebend of; 88[b].

Skydemor, John de, inst. to the Preb. of Hayes; 70.

Skynard, Martin, V. of Tintagel, deceased; 162[b].

Sladacott (Sladecote, MS.), in Wyke-St. Mary; L 191.

Slade, John de la, clerk,—*Dispensacio super defectu natalium* (24 Feb., 1311-12); 69.

Slade, William de la, collated to Coleridge; 87[b]: inst. to Dean-Prior; 126.—*See* L 204, 209[b].

Slapton, *see* "Dedications"; 127.

—Sir Gilbert [de Mosselewyke]; Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1310, "intendere obsequiis Domini [Davidis Martin], Menevensis Episcopi (7 May, 1309); 40[b]: again, till Michaelmas, 1311, to study, etc. (14 July, 1310); 53.

Smalahille, Richard de, inst. to Washford-Pyne; 101[b]: resigns; 140; inst. to St. Veep; 139.

Snel, Benedict (of Ashburton),—

Commission directed (18 Jan., 1311-12) to the Chancellor, the Archdn. of Barnstaple, and the Subdean,—"in negocio Provisionis Benedicti Snel, de Ashpertone, clerici, nostre Dyocesis, de Beneficio Ecclesiastico spectante communiter vel divisim ad Collacionem vel Presentacionem Religiosorum Virorum, Prioris et Conventus Monasterii Beati Petri de Plymptone, per Priorem soliti gubernari, Ordinis Sancti Augustini, . . . nobis a Sede Apostolica commisso, vobis conjunctim et divisim vices nostras, tenore Presencium, committimus"; 68.

Snellyng, Gonnota; *see* Alba Marlia; 50.

Snitterfield (*Co. Warwick*), 2 (pp. 5, 6).

Snou, Thomas, *see* Consistory Court; 172[b].

Sodbiry, Sir John de, Knt., presents to Lanreath; 162[b].

Soler, Henry du, inst. to the Preb. of Carswell; 42[b]: to Stoke-Damarel; 70: presented to Kenn; 169[b]: inst.; 176[b].

Somery, John de, *see* Comptone, William; 60[b].

Sor (*or* Seor), John le, presents to St. Just-in-Roseland; 45.

Sor, Philip and Mary le, *see* St. Michael-Penkevil, 148, 163.

Sor (*or* Seor), Reginald le, R. of Helland (*Ord.*) 218, 221: inst. to St. Just-in-Roseland; 45.

Soterlee, Thomas de, *see* Duntone; 154[b].

Southboclaunde, Rog. de, inst. to Lamerton, 42[b]: deceased; 171[b].

Southill [Southulle, MS.],—

John de Ferariis, R.,—Licence of non-residence till the Feast of the Purification [2 Feb.], 1309-10, to study, etc. (26 Feb., 1308-9); 38[b].

Southmolton, *see* Antony; 176[b], 177.

South Pool, *see* "Dedications"; 128[b].

South Tawton; Sir Nicholas Walwayn, clerk, R.,—

Licence of non-residence for two years, to study, etc. (26 April, 1314); 84b: again, for a year (9 Oct., 1319),—"proviso quod eidem Ecclesie deserviatur interim debite in Divinis, et animarum Cura exerceatur, etc., quodque congrua porcio de fructibus et obvencionibus dicte Ecclesie pauperibus parochianis suis assignetur"; 144: again (26 Oct., 1320), for three years, if he desired to go abroad; for one year, if he remained in England; 152b: again, till Michaelmas, 1326 (13 Feb., 1324-5); 183b.

Sparkeforde, Nicholas de, *see* "Wills"—Lovetot; L 185, etc.

Speccote, Edmund de, *see* Little Torrington (*Inst.*); 71.b

Speke, John le, inst. to Woolfardisworthy, R.; 180.

Spicer, Peter le; L 189b.—William; L 201b.

Sprengor, William, inst. to Upottery; 164.

Sprigga, Richard, collated to Landcross; 41b: inst. to Charles; 184.—*See* L 201b, 205b.

Stafforde, Sir Reginald de, priest (of the Dioc. of London),—

Inhibited from officiating in the Diocese of Exeter, from Michaelmas next following, "quousque Dimissorias Originales a suo Dyocesano habuerit, de quibus prius dictum extitit eidem,—Witnesses: Masters N. de Hele and J. de Godrevy (8 April, 1312); 71.

Stanes, Peter de, inst. to St. Creed; 139b, 143.

Stanlake, Wm. de, Abbat of Dunkeswell; Benediction of; 160.

Stanweye, John de, clerk; *Dispensacio super defectu natalium*—"de *presbitero* genitus et soluta" (28 Aug., 1310); 54b.

Stapeldone, Adam de, R. of Tedburn-St. Mary; L 213b.

Stapeldone, Sir Richard de, Knt., *see* Oratories"; 114,—

He presents to Ashwater. 56b: *See* Arundelle, John de; 115b: North Tawton (*Inst.*); 118, 167b, 177b: St. Columb-major (*Inst.*); 59: Thorney; 76: Uffculme (*Inst*); 181b: St. Michael-Penkevil; 163: Whitchurch; 165b.

Stapeldone, Robert de; R. of Tawstock; 31, 43b,—

Collated to a Preb. in Crediton; 33b: Proctor for the Bishop in Parliament; 36b: collated to a Preb. in the Cathedral; 40b: deceased; 62b, 63b. *See* Germeyn, Ralph; 55.

Stapeldone, Thomas de,—

Inst. to Lesnewth; 39: collated to a Preb. in Crediton; 40b (*see* 51b): presents to Instow; 44b: exchanges Great Torrington for Bishopsteignton; 45b: collated to a Preb. in Bosham; 60: resigns his Preb. in Crediton, and is collated to another Preb. in Bosham; 61b: collated to a Preb. in the Cathedral; 71b, 72b: R. of Exminster, which he exchanged for St. Breoke; 128b: inst. to Kilkhampton; 182: resigns St. Breoke; 183b. *See* St. Piran-Uthno; 38: Bosham (*Inst.*); 59: Harberton (*Inst.*); 75b: Thorney; 76. Vicars-General; 77, 113: Otterton Priory; 114: Benefices; 139b.

Stapeldone, Bishop Walter de,—

[*Charters granted by the Crown to the Bishop of Exeter*:—

(Devon). I.—*Pro Waltero Exoniensi Episcopo*:—Rex Archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse Venerabili Patri Waltero, Exoniensi Episcopo, quod ipse et Successores sui, Episcopi ejusdem Loci, imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Sabbati, apud Manerium suum de Aspertone [*Ashburton*] in Comitatu Devonie, et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in

die et in crastino Sancti Laurencii. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Lune, apud Manerium suum de Chuddeleghe in eodem Comitatu, et unam feriam ibidem singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Barnabe, Apostoli. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Martis, apud Manerium suum de Clist in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis, Archangeli. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Martis, apud Manerium suum de Criditone in eodem Comitatu, et duas ferias ibidem, singulis annis, per decem et octo dies duraturas; unam, videlicet in crastino Sancti Marci, Ewangeliste et per octo dies sequentes, et aliam in vigilia et in die Nativitatis Beate Marie et per septem dies sequentes. Nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Quare volumus et firmiter precipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod predictus Episcopus et Successores sui predicti imperpetuum habeant predicta mercata et ferias apud Maneria sua predicta, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi mercata et ferias pertinentibus; nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum, sicut predictum est. Hiis testibus—Venerabilibus Patribus R[oberto], Cantuariensi Archiepiscopo, Tocius Anglie Primate; R[adulpho] Londoniensi, et J[ohanne] Bathoniensi et Wellensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Henrico de Lacy, Comite Lincolnie; Johanne de Warenna, Comite Surrie; Rogero de Mortuo Mari; Roberto filio Walteri; Roberto filio Pagani, Senescallo hospicii nostri; et aliis.—Datum apud Westmonasterium, xij die Decembris [1309]. Per ipsum Regem, etc.—*Rot. Cart.* 3 *Edw. II.*, *No.* 21.

II.—*Pro Waltero, Exoniensi Episcopo*:—Rex Archiepiscopis, etc., salutem.—Sciatis nos concessisse, etc. (*ut supra*) Waltero, etc., quod ipse et Successores sui imperpetuum habeant unam feriam singulis annis, apud Manerium de Asshpertone, in Comitatu Devonie, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini in Yeme; nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Quare volumus, etc. Nisi feria etc. Hiis testibus—Venerabilibus Patribus J[ohanne], Norwycensi, J[ohanne], Cicestrensi; et Johanne Landavensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Hunfrido de Bohum, Comite Herefordie et Essexie; Henrico de Percy; Roberto de Clifford; Roberto filio Walteri; et aliis.—Datum per manum nostram, apud Westmonasterium, xvj die Novembris [1313]. Per ipsum Regem.—*Rot. Cart.* 7 *Edw.*, *II.*, *No.* 33.

[Cornwall].—*Pro Waltero Episcopo Exoniensi et ejus Successoribus*:—Rex Archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse, etc. (*ut supra*), Waltero etc., quod ipse et Successores sui imperpetuum habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Veneris, apud Manerium suum de Poutone in Comitatu Cornubie, et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in crastino Sancti Vitalis, Martiris, et per duos dies sequentes; et unam aliam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Mercurii, apud Manerium suum de la Wyttone [*Lawhitton*] in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Jovis, apud Manerium suum de Caergaul in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Mathei, Apostoli. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Veneris, apud Manerium suum de Sancto Germano in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Petri ad Vincula. Et unam feriam apud Manerium suum de Penryn in eodem Comitatu, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in crastino Sancti Vitalis, Martiris, et per duos dies sequentes. Nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Quare volumus, etc. Nisi, etc., sicut predictum est.—Hiis testibus—Venerabilibus Patribus R[oberto], Archiepiscopo Cantuariensi, Tocius Anglie Primate; S[imone] Saresberiensi, et J[ohanne] Cicestrensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Johanne de Warenna, Comite Surrie; Edmundo, Comite Arundelle; Hugone le Despenser; Hugone de

Courtenay; Roberto filio Pagani; et aliis.—Datum, apud Londonias, xxiij die Augusti [1311].—Per ipsum Regem.—*Rot. Cart.* 5 *Edw. II.*, *No.* 44.

These were the only Charters granted to Bishop Stapeldon, by the Crown, during his Episcopate.—F.J.B.].

OBITUS *Domini Walteri Episcopi* [Bishop Grandisson has written on the margin,—Aliter reformatur per J[ohannem] Episcopum—De Ecclesia de Essewater. Ista Ordinacio minus est Canonica"],—

Edwardus, Dei gracia Rex, etc., omnibus ad quos, etc., salutem.—Inspeximus Literas Patentes Walteri, Exoniensis Episcopi, in hec verba:—Universis, etc., Walterus, etc., salutem, etc.—Terribilem Diem illum quo tremendi Judicis, recepturi prout in corpore gessimus, astabimus Tribunali, talium plantacionum operibus expedit prevenire, quarum fructubus Eidem cotidie presentatis, exasperati mulceatur animus placabiliorque reddatur. Ad hec, igitur, nostre consideracionis aciem dirigentes, et nullatenus ignorantes quod, inter humana presidia que post solutum universe carnis debitum mortuis ministrantur, precipuum locum optinent Oblacio Dominici Corporis in Altari et Oracio Sacerdotum, —habito cum dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, communi tractatu diligenti qui requiritur et solempni, de ipsorum unanimi consilio pariter et assensu, ordinamus et statuimus unam Perpetuam Cantariam unius Sacerdotis, qui in Capella que in atrio, sive cimiterio Majoris Ecclesie nostre Exonie situata, Charnere vulgariter nuncupatur, pro salubri statu nostro dum vixerimus, Missam de Sancto Spiritu vel de die, et post decessum nostrum pro nostra, nostrorumque Predecessorum et Successorum, Episcoporum Exonie, omniumque Benefactorum nostrorum et Ecclesie nostre Exoniensis supradicte, necnon defunctorum omnium Fidelium animabus, Missam pro defunctorum requie ab Ecclesia salubriter institutam et communiter usitatam; statim post finitas duas Missas que apud Altare quod vulgariter vocatur Brattones Weved, in Majori Ecclesia Exoniensi solent communiter celebrari, vel, saltem, illa hora qua finiri consueverunt temporibus retroactis,—per se, vel, si Canonice fuerit impeditus, per alium, celebrare, et nichilominus plenum mortuorum obsequium, videlicet *Placebo, Dirige,* et *Commendacionem,* horis competentibus dicere, diebus singulis, teneatur. Ad que omnia et singula bene et fideliter exequenda, Sacerdotem primitus deputandum, et quemlibet inposterum subrogandum eidem, deputacionis et subrogacionis tempore juramentum prestare statuimus et precipimus corporale. Idoneum, vero, hujusmodi Sacerdotem per nos, dum vixerimus, deputari volumus. Statim, autem, postquam ab hac luce subtracti fuerimus, ad Cantariam hujusmodi, si tunc vacaverit, deputandi, et extunc quociens ipsam Cantariam vacare contigerit, alium subrogandi, Decano in Ecclesia nostra Exoniensi predicta, et ejus successoribus qui pro tempore fuerint, et, vacante Decanatu, Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, perpetuis temporibus, per hanc nostram Ordinacionem, cum consilio et assensu dictorum Decani et Capituli factam, concedimus potestatem; quos sub interminacione Divini Judicii obtestamur ut ydoneum et honestum Sacerdotem ad prefatam Cantariam deputare ac eciam subrogare studeant, cum effectu, qui commissum sibi officium velit et valeat sagaciter adimplere. Ordinamus, insuper, et statuimus, ad id similiter accedentibus ipsorum Decani et Capituli unanimi consilio et assensu, quod, cum nostri corporis dissolucionem attulerit sors humana, dies Obitus nostri anniversarius in Ecclesia nostra Exoniensi, singulis annis, perpetuo solempniter celebretur. Ad hujusmodi, vero, Sacerdotis sustentacionem annuam quinque marcas et dimidiam sterlingorum, et ad memoratum diem Obitus nostri anniversarium celebrandum, preter alia que dudum ad anniversarium hujusmodi assignavimus, sexaginta solidos ejusdem monete de bonis Spiritualibus ad mensam Episcopalem Exoniensem pertinentibus, Sinodatico, videlicet, et Cathedratico ab Archidiaconatu Tottonie provenientibus, cum consilio et assensu dictorum Decani et Capituli, et specialiter Magistri Rogeri de Charletone, nunc Archidaconi Tottonie, titulo permutacionis cum quibusdam terris et redditubus de quibus inferius fit mencio, per hujusmodi Ordinacionem nostram irrefragabilem assignamus; quam, quidem, peccunie summam a bonis Episcopii nostri Exoniensis, cum dictorum Decani et Capituli assensu, totaliter separamus, et ad usum predictum titulo memorato inperpetuum concedimus et eciam assignamus. Ita, videlicet, quod Archidiaconus Tottonie, et sui successores qui pro tempore fuerint, prefatas decem marcas, quas Archidiaconi Tottonie, temporibus retroactis, Episcopo Exoniensi de hujusmodi Sinodatico et Cathedratico solvere consueverint, Decano et Capitulo Exonie in Terminis antea consuetis, annis singulis, solvere, et ipsis de cetero teneantur

satisfacere integraliter de eisdem, et ab obligacione qua, quantum ad hujusmodi peccunie solucionem Episcopo Exoniensi consueverant astringi—dum, tamen, hujusmodi decem marcas prefatis Decano et Capitulo solverint, seu, de eisdem satisfecerint, ut est dictum, penitus liberati existant. Volumus, eciam, et inviolabiliter observari precipimus quod predicti Decanus et Capitulum hujusmodi Sacerdoti quinque marcas et dimidiam, de quibus supra fit mencio, in Festis Beati Michaelis, Nativitatis Domini, Pasche, et Nativitatis Beati Johannis Baptiste, pro equalibus porcionibus solvant. Et de sexaginta solidis, una cum aliis assignatis et assignandis ad premissa, prout supra tangitur, que ad sex marcas vel circiter in presenti se extendunt, die Obitus nostri, quem eo die, per anni circulum revoluto, celebrari volumus quo subtracti fuerimus ab hac luce, inter Canonicos, Vicarios, et alios ipsius Ecclesie Ministros, qui exequiis tunc faciendis personaliter interfuerint, in forma que subsequitur distribuendis; ita, videlicet, quod singuli Canonici qui in Officio Vespertino personaliter interfuerint, sex denarios, et qui Misse in crastino similiter personaliter interfuerint, sex denarios; singuli Vicarii qui in Officio Vespertino, ut premittitur, personaliter interfuerint, tres denarios, et qui in Missa tres denarios; singuli, vero, Ministri dicte Ecclesie de secunda forma, qui in Officio Vespertino personaliter fuerint, duos denarios, et qui in Missa duos denarios; et singuli pueri Chori, qui in Officio Vespertino presentes fuerint, singulos denarios, et qui in Missa, similiter, singulos denarios habeant et recipiant, satisfacere teneantur. Custodes, autem, Ecclesie memorate, pro classico pulsando post mortem nostram octo denarios habeant. Presbiter, vero, qui anniversarium de quo premittitur, celebraverit tantum percipiat in Officio Vespertino, et die Obitus nostri hujusmodi, de distribucione tunc tantummodo facienda, quantum Canonicus aliquis Ecclesie supradicte; dum, tamen, exequiis personaliter interfuerit, secundum formam Canonicis ante datam. Alioquin, nichil se noverit de distribucione hujusmodi recepturum. Volentes, insuper, quod in Ecclesia nostra Exoniensi, in qua, permittente Domino, presidemus, dum vitam gerimus humanam, in Celebracione Divinorum nostri memoria specialiter habeatur, et attendentes quod citra Festum Purificacionis Beate Virginis in Ecclesia nostra Exoniensi minor Obituum est concursus, de consilio et assensu dictorum Decani et Capituli, volumus et ordinamus quod, singulis annis, proximo die precedente Festum Purificacionis, quo die, prout ex Parentum nostrorum relatu didicimus, a maternis visceribus segregati primordia recepimus hujusmodi lucis, una Missa de Sancto Spiritu, pro salubri statu nostro dum vixerimus sollempniter celebretur. Quo, quidem, die Canonici, Vicarii, et ceteri Ministri ipsius Ecclesie, qui in Celebracione hujusmodi Misse personaliter presentes fuerint, tantum percipient quantum superius ordinata percipere debebunt in hujusmodi Officio Vespertino et die Obitus memorati; quod eis exsolvi volumus eodem die intra ipsius Misse solempnia, juxta modum ipsius Ecclesie in consimilibus distribucionibus consuetum. Clericos, vero, de Scaccario dicte Ecclesie, communem pistorem Canonicorum, et custodem bosci eorundem Canonicorum de Stokewode, tam in dicta distribucione facienda die Obitus nostri, quam in Celebracione Misse de Sancto Spiritu memorate, tantum percipere volumus et jubemus quantum percipiunt et percipere consueverunt in Obitibus simplicibus in dicta Ecclesia Exoniensi ab aliis ordinatis. Si quis, vero, duo Officia fortassis gesserit in Ecclesia supradicta, in distribucionibus hujusmodi secundum modum superius distinctum, recipiet unius Officii, quod maluerit, racione. Id, autem, quod de peccunia ad premissa specialiter, ut premittitur, assignata, postquam ea que superius et prout in hac parte ordinavimus plenarie sunt completa, residuum fuerit, inter Canonicos dicte Ecclesie Exoniensis in premissis Divinis et animarum obsequiis personaliter existentes, pro rata temporis quo eisdem exequiis fuerint sic presentes, distribuatur; ceteris non presentibus Canonicis in totum exclusis a percepcione cujusque quote residui memorati. Pro hujusmodi, vero, quantitate peccunie quam a mensa nostra Episcopali separavimus, ut est dictum, quando terram intra Manerium nostrum de Chudeham, cum Advocacione tercie partis Advocacionis Ecclesie de Thorneye, in Comitatu Sussexie, et terras de Pokehaie in Manerio de Yertecombe, Torre et Waddene in Manerio de Chuddeleghe, in Comitatu Devonie, et nonnullos, eciam, terras et redditus, tam in dicto Comitatu Devonie quam Cornubie,—quarum terrarum et aliorum redditiuum exitus et proventus ad quadraginta librarum sterlingorum, et amplius, valorem annuum se extendunt, nostris industria et laboribus mediantibus, de bonis nostris peculiaribus nobis et Successoribus nostris adquisivimus, et terris ac possessionibus nostris Episcopalibus incorporavimus et univimus, ea dumtaxat intencione ut predict-

arum decem marcarum summam, quam excedunt in quantitate notabili, compensarent, et sic qui meliora prospeximus dici non possumus Ecclesie nostre Exoniensi per hanc nostram Ordinacionem lesionem aliquam intulisse; ex quibus terris et redditibus, ut premittitur adquisitis, certam porcionem ad congruam pretacti Sacerdotis sustentacionem et premissum diem Obitus celebrandum, aliquando proposuimus assignasse. Set, ne vel communio discordiam vel divisio dispendium generaret, utile fore decrevimus nostro cuilibet Successori, tum propter vicinitatem aliarum terrarum ad mensam Episcopalem pertinencium, tum propter alias causas, ipsas terras sibi relinquere tenendas insolidum et habendas, ut prefatum onus agnosceret aliunde.—In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem, sigillum nostrum, una cum sigillo communi dictorum Decani et Capituli, Presentibus est appensum.—Et nos, Decanus et Capitulum memorati, super premissis omnibus et singulis Articulis cum Venerabili Patre nostro, Episcopo supradicto, tractatu habito per nos diligenti qui requiritur et sollempni, labores et merita dicti Patris, quibus nos, Ecclesiam nostram, et mensam Episcopalem Exonie, tam in adquisicione dictarum terrarum et redditiuum quam in aliis honoravit multipliciter, perpetui muneris laude dignos, ut astringimur, reputantes, omnibus et singulis que in eisdem Articulis, et circa eos, per Venerabilem Patrem predictum acta sunt et gesta, concorditer assentimus, ipsaque omnia singula, quantum ad nos attinet, approbamus; et in signum consensus et approbacionis hujusmodi has Literas nostri communis sigilli munimine fecimus roborari.—Datum et actum in Capitulo nostro, Exonie, secundo die mensis Marcii, Anno Millesimo CCC^mo^. xxj^o^.—Nos, autem, Ordinaciones, Statuta, Concessiones, Assignaciones, Assensum, Approbacionem, et omnia alia in predictis Literis contenta, rata habentes et grata, ea pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus et confirmamus, sicut Litere predicte racionabiliter testantur.—In cujus rei, etc. –Teste meipso, apud Tutteburi, xij die Novembris, Anno Regni nostri sextodecimo [1322]; 169^b^.

Litere Regie concernentes Obitum Walteri, Exoniensis Episcopi,—

[1].—Edwardus, etc., omnibus ad quos, etc.—Sciatis quod, per finem quem dilecti nobis in Christo, Decanus et Capitulum Ecclesie Sancti Petri Exonie, fecerunt nobiscum, pardonavimus eis transgressionem quam fecerunt adquirendo sibi, et successoribus suis, in feodo, de Magistro et Fratribus Domus Sancti Thome de Acone, Londoniis, sex solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinenciis, in Exonia, exeuntes de duabus shopis in eadem Civitate, que quondam fuerunt Galfridi Thithte, in escambium pro sex solidatis et octo denaratis redditus, cum pertinenciis, in Parochia Sancti Botulphi extra Aldresgate, in suburbio Londoniarum, quos Venerabilis Pater, Walterus, Exoniensis Episcopus, sumptubus suis, de Willelmo de Hedersete emit, et eisdem Magistro et Fratribus dari procuravit, habendos sibi et successoribus suis inperpetuum, post publicacionem Statuti de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis editi, Licencia nostra super hoc non optenta. Et concessimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, predictis Decano et Capitulo quod ipsi predictas sex solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinenciis, habeant et teneant, in Exonia, sibi et successoribus suis, et eciam predictis Magistro et Fratribus, quod ipsi predictas sex solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinenciis, in suburbio predicto habeant et teneant sibi et successoribus suis, in escambium predictum de Capitalibus Dominis feodorum illorum, per servicia inde debita et consueta, imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque, Statuto predicto non obstante.—In cujus rei, etc.—Teste meipso, apud Tuteburi, xij die Novembris, Anno Regni nostri sextodecimo [1322].

[2].—Edwardus, etc.—Sciatis quod per finem quem . . . Walterus, Exoniensis Episcopus, fecit nobiscum, pardonavimus Decano et Capitulo, etc., transgressionem quam fecerunt adquirendo . . . in feodo de Roberto de Knyghtetone quadraginta solidatas redditus, cum pertinenciis, exeuntes de omnibus terris et tenementis ipsius Johannis in Knyghtetone, Fenne, et Bisshopes Morcharde, ad Obitum prefati Episcopi in Ecclesia predicta annuatim, juxta Ordinacionem ipsius Episcopi, celebrandum, post publicacionem Statuti, etc. (*ut supra*). Et concessimus, etc. (*ut supra*).—Teste meipso, apud Tutteburi, xij die Novembris, Anno Regni nostri xvj^o^.

Et memorandum quod predicte due Litere Regie remanent in custodia Decani et Capituli Exonie, extra dicionem Walteri Episcopi; 171^b^.

Crediton: *Ordinance for the Anniversary of the Birth and Obit of Bishop Stapeldon,*—

Universis, etc., Walterus, etc., salutem, etc.—Inevitabilem diem illum quo migrabimus ab hac luce talibus operibus expedit prevenire, quibus ad intercedendum pro nobis tam in vita quam post transitum constituamus obnoxios debitores. Cupientes, igitur, ut dilecti filii Precentor, Canonici, Vicarii, et ceteri Ministri Ecclesie Collegiate de Criditone, nostre Diocesis, pro collato sibi per nos munere, suarum oracionum nos juvare suffragiis teneantur specialiter et obnixe, habito cum dilectis filiis Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exoniensis super hoc tractatu diligenti qui requiritur et solempni, de ipsorum unanimi consilio pariter et assensu, decimam theolonei provenientis de tribus nundinis annuis apud Criditone usitatis, quarum duas, nostris laboribus et industria mediantibus, impetravimus a Regia Majestate[1], prefatis Precentori, Canonicis, Vicariis, et Ministris dicte Ecclesie de Criditone, accedente similiter ad id Precentoris et Capituli ejusdem Ecclesie de Criditone consilio et assensu, quam decimam nunquam ante hec tempora recipere consueverant, concedimus et eciam assignamus, ipsamque decimam a mensa nostra Episcopali Exoniensi de dictorum Decani et Capituli Ecclesie nostre Exoniensis consilio pariter et assensu separamus; et, cum meliora sicut predixiimus providerimus in hac parte, dici non possumus aliquid alienasse. Pro hac concessione et assignacione, de dictorum Decani et Capituli Exoniensis, necnon Precentoris et sui Capituli Criditonensis consilio pariter et assensu, precipimus ordinando quod, singulis annis, proximo die precedente Festum Purificacionis Beate Virginis, quo die, prout ex parentum relacione didicimus, a maternis visceribus segregati primordia recepimus hujus lucis, una Missa de Sancto Spiritu pro salubri statu nostro dum vixerimus, in dicta Ecclesia Criditonensi a Precentore, Canonicis, Vicariis, et ceteris Ministris ipsius Ecclesie solempniter celebretur. In qua, quidem, Missa tam pro nobis cum illa Collecta *Rege, quesumus, Domine, Famulum tuum N. Pontificem nostrum, etc.*, expresso nomine nostro proprio, quam pro omnibus Predecessoribus nostris, Episcopis Exoniensibus, cum illa Collecta *Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, etc.*, cum aliis oracionibus ordinatis ab Ecclesia in commemoracionibus hujusmodi suis locis dicendis fieri memorias precipimus speciales. Cum, autem, dissolucionem nostri corporis attulerit sors humana, Obitus nostri dies Anniversarius in eadem Ecclesia Criditonensi, cum oracione *Deus indulgenciarum etc.*, cum aliis oracionibus que secuntur ad obsequium Anniversarii hujusmodi ordinatis ab Ecclesia, singulis annis, perpetuo solempniter celebretur, sicut pro quocumque Episcopo, Predecessore nostro, in Ecclesia Criditonensi predicta fieri solempnius consuevit; et tunc, eciam, pro nostris Predecessoribus et Successoribus, Episcopis Exoniensibus, qui tunc fuerint resoluti, cum predicta oracione *Deus qui inter Apostolicos etc.*, memoria celebris habeatur. Statim, autem, finitis singulis nundinis et ipsarum placitis expeditis, decimam provenientem de theoloneo in eisdem nundinis recepto Senescallus noster seu Successoris nostri, qui pro tempore fuerit, Precentori et duobus ad hoc eligendis Vicariis Ecclesie supradicte de Criditone solvere liberare et tradere teneatur; qui Precentor et Vicarii ipsam pecuniam recipiant, colligant, et, donec veniat tempus distribucionis ut infra sequitur faciende, salvo studeant custodire; peccuniam, vero, sic collectam, adveniente die quo Missa de Sancto Spiritu vel Anniversarius Obitus nostri sicut premittitur celebrari debeat, taliter distribui volumus et eciam ordinamus, ut, Canonicis ipsius Ecclesie de Criditone et Sacrista qui hujusmodi Misse de Sancto Spiritu vel Obsequiis nostri Anniversarii Vespertinis et Misse in crastino presentes fuerint, singulis singulos sex denarios percipientibus; aque, vero, bajulis singulis singulos denarios recipientibus; totum residuum inter Vicarios qui in dictis Missa vel Obsequiis et Missa prout diversitas temporis exegerit presentes fuerint, propter ipsorum in aliis porciones exiguas, quas eatenus augmentare cupimus, equis porcionibus dividatur. Ut, autem, hujusmodi nostra Concessio, Assignacio, Preceptum, Ordinacio, et Voluntas permaneant totis temporibus inconcussa, sigillum nostrum, una cum sigillis tam Decani et Capituli Ecclesie nostre Exoniensis quam Precentoris et Capituli Criditonie Presentibus est appensum.—Datum Exonie, in Capitulo Ecclesie Cathedralis Loci ejusdem, vicesimo quinto die mensis Februarii, Anno

[1] The fairs were on the Feasts of St. Laurence, St. George, and the Nativity of our Lady: the market was held on the Saturday. (*Oliver.*) *See* page 373.

Domini Millesimo trecentesimo vicesimo secundo [1322-3]. Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis memorate, super premissis omnibus et singulis Articulis cum Venerabili Patre nostro, Episcopo supradicto, tractatu per nos habito diligenti qui requiritur et solempni, labores et merita dicti Patris, quibus nos, Ecclesiam nostram, et mensam Episcopalem Exoniensem, tam in adquisicione dictarum nundinarum quam in aliis honoravit multipliciter et ditavit, perpetui muneris laude dignos, ut astringimur, reputantes, omnibus et singulis que in eisdem Articulis, et circa eos, per Venerabilem Patrem predictum, ut premittitur, acta sunt et gesta, concorditer assentimus; ipsaque omnia et singula, quantum ad nos attinet, approbamus. Et, in signum consensus et approbacionis hujusmodi has Literas nostri communis sigilli munimine fecimus roborari. Datum et actum loco, die, mense, et Anno Domini supradictis.—Et nos, Precentor et Capitulum Ecclesie Criditonensis, habito cum Venerabili Patre predicto super premissis omnibus et singulis diligenti qui requiritur tractatu pariter et solempni, prefatis Concessioni, Assignacioni, Precepto, Ordinacioni, et Voluntati nostrum prebemus consilium unanimiter et consensum. In cujus rei, etc.—Datum in Capitulo nostro Criditonie, nono die mensis Marcii, Anno Domini supradicto. [The original Deed; stitched in between folios 169 and 170. There were three seals, which have been removed. *Endorsed*,—" Obitus Domini, apud Criditoniam "].

Stapeldone halle, Oxford, Philip de Chalvedone, M.A. of: 156b. *See* " Litt. Dim."

Stapelford, John de, inst. to Meavy; 161: deceased; 163b.

Stauntone, Geoffrey de; L 196b.

Stauntone, Hervey de; *see* Gildeforde—" Wills "; L 201b.

Stauntone, Sir Hervey de, " Justiciarius Domini Regis,"—

The Bishop grants him a Pension:—" Consilia et auxilia vestra aliaque vestre benevolencie merita, nobis pluries gratis exhibita et adhuc, ut speramus, exhibenda, memoriter recolentes, et ob hoc vobis remuneracionem aliqualem, licet modicam, facere cupientes, annuam Pensionem quadraginta solidorum, singulis annis, nostro perpetuo, de Camera nostra Exoniensi, in Festo Sancti Michaelis percipiendam, vobis damus etc., per Presentes. Et, quia volumus quod plenariam possessionem, absque more dispendio, super hiis habeatis, vobis una cum hiis Literis premanibus transmittimus plenariam Pensionem anni primi" (6 April, 1309); 39b.—*See* St. Crantock, Canons of (*Inst.*); 45.

Stauntone, Ralph de, adm. to Clayhidon; 167: deceased; 171.

Staverton; *Visitations of the Parish-Church, etc.*,—

[I.—Die Lune proxima post Festum Apostolorum Petri et Pauli, Anno supradicto [3 July, 1301]. *Libri ad Matutinas*,—Ad Matutinas, unum Antiphonarium, cum Capitulario, Collectario, Ymnario, et Venitario, in uno volumine, valde bonum. Aliud Antiphonarium bonum, per se. Spalterium (*sic*) bonum, grosse litere. Et aliud Psalterium cum Manuali. Item, Ordinale sufficiens, cum Capitulario, Collectario, et Ymnario, et aliud Ordinale debile. Legenda optima pro toto anno. Et alia Legenda, in duobus voluminibus, vetustate consumpta et sine asseribus, cum Responsoriis interpositis. *Libri ad Missam, cum Ornamentis Ecclesie*,—Item, ad Missam, bonum Missale, novum, et bene notatum. Aliud vetus, Moniale et male ligatum. Gradale bonum, cum Tropario. Aliud Troparium, cum Processionali in eodem. Manuale bonum, et grosse litere, et Psalterium in eodem volumine. Calix interius deauratus, satis decens. Quatuor paria Corporalium, cum repositorio de linia tela. Pixis ad Eukaristiam argentea, sine sera. Tria paria Vestimentorum plenaria, cum vj tuellis, quarum una cum parura. Capa Chori de serico, vetus et parvi valoris. Manutergium ad Sacramentum sufficiens. Crux Processionalis decora. Duo Candelebra Processionalia de stanno. Frontale vetus et debile ad Majus Altare. Duo Superpellicia, cum uno debili rocheto. Tres fiole tollerande. Crismatorium ligneum, cum sera. Fons honestus et seratus.—Navis Ecclesie bene corrigitur, post ultimam Visitacionem. Cancellum nimis artum, et est celatum. Unum vas plumbeum ad Aquam Benedictam.

Parochiani dicunt, requisiti, quod Dominus Walterus, Vicarius, bene et honeste se habet, et optime informat eos in Spiritualibus; nec est defectus in eo, ut asserunt. De peccato mortali occultato nichil sciunt. Et valet Vicaria sua, ut asserunt, x marcas.

Inquisicio,—

Henricus Bi Derte.
Benedictus de Fonte.
Edwynus de Todewylle.
Willelmus Talloc.
Thomas Galewey.
Thomas de Cumbe.
Henricus de Obbeham.
Walterus Barone,
Henricus Persone.
Rogerus Cosyn.
Willelmus Galewey.
Et Ricardus bi Derte,—

Qui, jurati, dicunt quod in Manerio predicto sunt de redditu assiso, solvendo ad tres Terminos, xxj*li.* Et de redditu tempore Magistri Henrici Bollecg, augmentato de terris captis quondam de dominico et tenuris suis adjunctis, xiij*s.* viij*d.* Et de redditu assiso, solvendo in Festo Sancti Johannis Baptiste, l*s.* Auxilium nullum. Item, de toto Manerio, pro serviciis relaxandis viij*li.* ij*s.*, quos duos solidos dicunt indebite levatos. Chevagium x*s.* ad minus. Duo molendina, cum piscaria, valent x marcas annuatim. Decima garbarum tocius Parochie valet, communibus annis, xxx*li.* Due caruce in dominico valent de certo lx*s.* Pratum cum gardino, xx*s.* Perquisitum Curie confinibus terrarum lx*s.* per annum : set dicunt quod ballivi presentis Firmarii duros se exhibent in finibus pro ingressu terrarum faciendo, in tantum quod ingredientes hujusmodi terras ita subpeditantur quod nunquam resurgere poterunt, ubi fines tales per consideracionem Hundredi solebant taxari. Dicunt, eciam, quod talis consuevit esse consuetudo inter eos, quod, si aliquis extraneus finiret plus offerendo pro aliqua terra habenda, ad exclusionem veri heredis, et peccuniam suam Domino solveret, idem Dominus peccuniam illam, sic in fraudem heredis oblatam, posset libere retinere, et nichilominus verus heres terram suam recuperare. Dicunt, eciam, quod, cum Henricus filius Schazeloc, minor annis, finivisset per amicos suos pro terra patris sui defuncti habenda et tenenda, cum ad etatem legitimam pervenisset tempore Magistri Henrici de Bollec, frater Johannes, nunc Senescallus, non obstante hujusmodi fine, non permittit quod dictus Henricus, nunc major et habilis ad tenendum terram illam, teneat eam ; set cepit eam in manus Domini, et tenet ita quod non potest intrare, nisi novum finem fecerit. Perquisitum Capituli valet per annum x*s.* Item, dicunt quod nullus, nomine Domini, defendit eos versus extraneos, nisi quatenus quidam juvenis clericus, qui minus novit, sicut potest eos defendit. Item, ostendunt quod ballivi Firmarii occuparunt bona trium felonum, estimata ad ix*s.* viij*d. ob.*, que deberent esse in manibus decennarii pro Hundredo acquietando in Itinere Justiciariorum. Item, diversi tenentes habuerunt bona in custodia Ade Gardeboys, tercii felonis dictorum trium, qui fugit propter latrocinium commissum ; et cum probassent proprietatem dictorum bonorum suorum coram ballivis dicti Firmarii, frater, tamen, Johannes, nunc ballivus non vult eis eadem bona restituere. Item, dictus frater injuste detinet catalla trium puerorum Martini de Forsdone, inventa cum Johanne Trenda interfecto, licet Firmarius ei sepius injunxerit quod ea restitueret ; videlicet, sex animalia, ij vitulos, xv oves, ij examina apum, et totum bladum crescens in dimidio ferlyngo terre. Dicunt, eciam, quod Magister Thomas, nunc Firmarius, habuit de bonis Magistri Henrici, predecessoris sui, pro defectibus tempore mortis sue in Manerio, in domibus, boscis, molendinis, clausis, et aliis inventis, emendandis, xix*li.* et iiij*s.*, quas expendit totaliter in domibus constructis et aliis in Manerio emendatis, et tantundem de suo, vel ultra. Item, dicunt quod vetus camera ex parte Orientali Aule est penitus ruinosa, nec per minus poterit reparari quam xx marcas. Item, defectus grangie Occidentalis estimatur ad v marcas, que per dictos sumptus stabit per x annos. Et estimant reparacionem muri intra portam et boveriam x*s.* Dicunt, eciam, quod homines Manerii, preter quoterios, debent bis metere in autumpno, ad corredium Domini, et sexdecim nativi et coterii debent colligere fenum cujusdam prati quod vocatur Poulismede ; et quilibet eorum habebit unum quadrantem. Coterii, vero, debent semel tantum metere in autumpno. Et dicunt quod Vicarius non debet habere virbote et haybote[1] in bosco Domini, nisi ex gracia Domini.—*Arch. of the D. and C., No.* 3673, *p.* 24].

II.—Visitacio Ecclesie de Stavertone, facta ibidem per Dominum Walterum, Dei gracia Exoniensem Episcopum, primo die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^mo^. quartodecimo ; in qua reperiebantur defectus subsequentes ; videlicet—Vestimenta Festivalia insufficiencia. Pixis Eukaristie sine serura. Omnes tualle sine paruris. Velum Quadragesimale insufficiens. Missale falsum, licet pulcrum. Crismatorium ligneum insufficiens et sine serura. Nullum vas ad Incensum. Deest Ymago Beati Pauli, qui est Patronus Ecclesie. Cancellus nimis strictus et

[1] *Virbote* (*i.e.* "firebote"), wood for fuel : *haybote*, wood for hedging and fencing (*haga*, a hedge).

obscurus; Navis Ecclesie similiter. Unde Dominus injunxit Rectoribus, Vicario, et Parochianis, quod singuli faciant reparare dictos defectus, prout ad singulos pertinent, citra sequens Festum Sancti Michaelis, sub pena viginti librarum, ad Fabricam Exoniensis Ecclesie; excepta construccione novi Cancelli, et augmentacione Ecclesie; et quod illa fiant citra Festum Sancti Michaelis ad unum annum. Presentibus in Visitacione predicta Adamo, Vicario dicte Ecclesie, Johanne, Vicario de Hemistone [*Broadhempston*], Magistro Thoma Hereward, Domino Petro de Honitone, Roberto de Tredowal, presbitero, et aliis.—*Et memorandum quod ego, J. de Lancevetone, non interfui;* 84b.

Steymor, Henry, inst. to Collumpton; 174b.

Stiria, Symon, collat. to Westleigh; 87b, 89: V. of Brixham; 165.

Stockhay, Rob. de; 164: Patr. of Woolfardisworthy; 52b, 57, 180.

Stockleigh-Pomeroy,—

Master Peter de Olney, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, to study, etc. (4 Feb., 1308-9); 38: again, from Michaelmas till 24 June, 1311; "ita, tamen, quod citra Festum Epiphanie Domini proximum fidem faciat legitime quod, juxta Licenciam et Dispensacionem prius habitam, stetit in Scolis" (14 Sept., 1310); 56.—John de Kokyntone, R.,—for two years, to study, etc. (8 April, 1314); 83b: Licence to put his Benefice out to farm for two years (17 Aug., 1314); 87: again, non-residence for two years from Michaelmas, to study, etc. (9 Sept., 1315); 109b: again, (with permission to put his Benefice out to farm), for three years (21 Sept., 1316)—"j marca"; 115: for a year, to study, etc. (19 Sept., 1319); 142b.

[Stoke-Canon [Stocke, MS.],—

Visitation,—Die Veneris proxima sequente [i.e. two days after the Visitation of Dawlish (q.v.), viz., 7 July, 1301],—

Quo tempore fuerunt in Ecclesia Loci predicti una Legenda, cum Antiphonario, Psalterio, Ympnario, Capitulario, et Collectario, in uno volumine, non notatis. Aliud Antiphonarium notatum, non de ordine. Nullum Psalterium per se. Et memorandum de uno bono Portiforio translato ad Ecclesiam Magistri Roberti apud Mortone per Galfridum, nepotem suum. Item Manuale vetus et defectivum. Ordinale nullum. Calix undique albus sufficiens. Vas de plumbo, ad rinsuram recipiendam. Missale sine nota, alias tamen sufficiens. Aliud Missale vetus, sine asseribus. Tria paria Vestimentorum integra. Duo superpellicia debilia, cum veteri rocheto. Decem tualle, quarum una cum parura debili. Gradale bonum, et aliud vetus, cum Tropario. Item, Troparium defectivum, per se. Una fiola tantum. Crismatorium sine sera. Ymago Magdalene ad Majus Altare, vetus, et nimis deformis. Crux Processionalis decens. Item, asser cum metallo in superficie in quo figuratur Ymago Crucifixi. Paxillum cum lapide de viridi marmore. Pixis ad Eukaristiam eburnea, argento ligata. Velum Quadragesimale. Et Vexillum sufficiens. Nullum Frontale.

Parochiani dicunt quod Willelmus, Capellanus Loci predicti, honeste se gerit; et omnia bene se habent circa Spiritualitatem, ut intelligunt.

Nomina Juratorum,—Walterus de la Burghe, Jordanus de Molendinis, Walterus de la Hole, Rogerus Dogget, Hugo de Ponte, Robertus Caretare, Thomas de la Burghe, Ricardus de eadem, Radulphus Flumynge, et alii de Manerio, jurati, dicunt quod Magister Robertus, nunc Firmarius ipsorum, optime defendit eos, per se et suos, versus quoscumque extraneos, nec ipse in aliquo eis injuriatur; qui recepit, ut asserunt, de bonis Roberti Peygnhe, pro defectibus tunc inventis, lxs., unde reparavit molendinum de novo, et alios defectus supplevit; et gardinum optime clausit ac pomeriis instauravit. Dicunt, eciam, quod sunt in Manerio predicto, de redditu assiso iiij*li.* xvjs. x*d.*, de capitagio iiijs. Et molendinum, cum columbario, valet xxs.; gardinum, cum prato, xls. Decima garbarum, Cs. Perquisitum Curie et Capituli non acquietat expensas. Item, universa servicia nativorum per annum estimant xxs. Redditus assisus non est augmentatus nec diminutus terra alienata; nec consuetudines mutate. Dominicum continet unam carucatam terre, et valet xxs., deducto custu domorum et serviencium. Et estimant defectus domorum Curie nunc apparentes iiijs. tantummodo. Item, requisiti de destruccione facta in communi bosco Decani et Capituli, dicunt quod nullus ipsorum ingreditur, nec aliquod

dampnum per ipsos esse ibi factum ; et quod presens forestarius dictum boscum, quatenus potest, laudabiliter custodit.—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *p.* 30].

Stoke, in the Manor of Bosham, *see* Brothertone ; 112.

Stokes, John de, R. of St. Mellion ; 40, 67[b], 80, 102,[b] 164, 174[b].—R. of Challacombe ; (*Ord.*) 218.

Stokes, Ralph de (Notary-Publick ; 49, 62, 62[b], 73) : *see* Bosham (*Inst.*); 59 : inst. to Ashcombe, 59[b], 62[b], 74, 87[b].—*See* Kingsnympton ; 41 : Rome, Court of ; 49.

Stoke, Roger de, *see* "Wills"—Egleby ; L 212[b].

Stoke, Thomas de, presented to Redruth ; 175.

Stoke-Climsland ; *see* "Dedications" ; 161,—

John de Doune, R.,—Dispensation: Licence to put his Benefice out to farm for two years (4 May, 1322) ; 167[b].

Stoke-Damarel [Stoke Daumarle, MS.],—

John de Fordyngtone, R.,—Dispensation: non-residence, for a year from Michaelmas, to study, etc. (20 Sept., 1318): he was to take subdeacon's Orders within the year ; 129[b].

Stokenham, Nicholas Lovetot ; R[1].,—

He had cure of souls, but deserted his Parish, never residing. And, without Licence or any lawful cause, he had taken up his abode the Bishop knew not where, fraudulently avoiding the Bishop's Citation. He had not even once visited his Church for three years or more. So the Bishop (22 Jan., 1309-10) directed his Official Principal, the Archdn. of Totnes, to cite him peremptorily thrice, at suitable intervals (the Citation to be solemnly published in the said Church), that he return into residence without delay ; and to make it clear to the Proctor of the said Nicholas (if he should appoint one), to his parochial priest in charge, and to his neighbours, friends, and connections, and the parishioners generally, that, if he did not return forthwith, the Bishop would proceed to deprive him. That he might not excuse himself on the pretence of ignorance, the Bishop ordered his Mandate to be openly and distinctly published at the three next Chapter Meetings of the Deanery ; the result to be reported to him before the Feast of the Annunciation ; 47.

Sir Geoffrey was Vicar at this time,—Dispensation in his favour :—"Nobilis Viri Domini Radulphi de Monhermer, pro te nobis supplicantis, precibus inclinati, super eo quod—Senescallus dicti Domini Radulphi in Manerio de Stoke in Hamme existens—te secularibus negociis immiscuisti, tecum, quatenus de jure potuerimus, dispensamus, et tibi simpliciter remittimus quicquid ad nos pertinet in premissis ; volentes quod ab illicitis secularibus negociis, in quantum comode poteritis, abstineas in futurum, quodque de prius commissis in foro anime penitenciam recipias salutarem" (7 Dec., 1312) ; 75.

—*Commission* (directed to Precentor Germeyn and John de Stokes, R. of St. Mellion (17 Feb., 1314-15).—"Ad audiendum raciocinia quorumcumque ministrorum nostrorum, qui de bonis Ecclesiasticis Magistri Nicholai de Lovetot,

[1] He was R. at least as early as 1306,—"May, 1306: *Devon*,—Hervicus de Stauntone et Johannes Randolfe constituti sunt ad assisam capiendam quam Magister Nicholaus de Lovetot, Persona Ecclesie de Stoke in Hamme, arrainavit versus Matheum, filium Johannis, et alios, de cursu cujusdam aque diverso in Stoke in Hamme.—*Rot. Pat. 34 Edw. 1., m. 26d.* He was a great pluralist, and held, among other Benefices, Nether Wallop, near Andover, to which he was instituted by John de Pontissara, Bp. of Winchester, 28 June, 1292, "ad presentacionem Domini Dunelmensis Episcopi [Anthonii de Beke], Commissarii Domini [Bogonis de Clare], Thesaurarii Eboracensis, ipsius Ecclesie Patroni" (*Reg., fol. 12*).—F.J.B.

apud Stockinhamme . . . de Mandato nostro vel auctoritate ejusdem, quicquam hactenus levaverint vel receperint, cujuscumque condicionis fuerint sive status; et ad reddendum hujusmodi raciocinia coram vobis debite compellendum eosdem; de quorum ministrorum nominibus et personis pro Procuratore prefati Magistri Nicholai vobis sufficienter constare poterit: necnon, ad faciendum omnia et singula que super hiis necessaria fuerint vel oportuna."—They were to return these accounts, forthwith, to the Bishop, and the said Nicholas (or, at any rate, his Proctor), was to have due notice of the time and place of meeting for the above-named purpose, to enable him to attend if he wished. They were to satisfy him as to the correctness of the account, and, having settled all claims, were to deposit any residue—"penes Dominum Walterum, Custodem Curie nostre Episcopalis Exonie."—Another *Commission* was directed to the same persons and issued on the same day, empowering them to deal with the said Rector's claims on any debtors, etc.; 102b.

Privilegium Rectoris Ecclesie de Stoke in Hamme,—

Clemens [V] Episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio Thome de Neusum, Rectori Parochialis Ecclesie de Magna Grantisdene [*Great Gransdon, Hunts*], Lyncolniensis Diocesis, salutem et Apostolicam Benediccionem.—Quanto majori meritorum claritate prefulges, tanto pociorihus mereris attolli favoribus et majoribus graciis honorari. Attendentes, igitur, laudabile testimonium quod tibi de honestate morum et aliis virtuosis probitatis meritis perhibetur, ac volentes personam tuam propter hoc speciali prosequi gracia et favore, tecum ut preter Parochialem Ecclesiam de Magna Grantisdene, Lincolniensis Diocesis, cujus Rector existis, cujusque fructus, redditus, et proventus septuaginta marcarum sterlingorum summam, annis singulis, juxta Taxacionem decime, non excedunt, unam aliam Ecclesiam, curam animarum habentem, si tibi alias Canonice offeratur, libere recipere, et una cum prefata Ecclesia de Magna Grantisdene retinere licite valeas, Constitucione Generalis Concilii, et qualibet alia in contrarium edita, non obstante, Auctoritate Apostolica dispensamus. Proviso quod Parochialia et alia (postquam eam fueris assecutus) Ecclesie supradicte debitis non defraudentur obsequiis, et animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli, ergo, omnino hominum liceat, etc. Si quis, autem, etc. –Datum Pictavie, vto Idus Maii, Pontificatus nostri Anno secundo [11 May, 1307], 110.—The "una alia Ecclesia" turned out to be Stokenham; and "Thomas Nyusom" was inst, thereto, 10 July, 1315.—He soon obtained Licence of non-residence for two years, "et hoc causa Peregrinacionis honesta" (8 May, 1317); the Bishop accompanying the concession with a hint that he would do well to remember the great work in progress in the Cathedral—"*Respiciat Tabulam pro voluntate*"; 119. A second Licence of non-residence, till the First Sunday in Lent (28 Feb., 1321-2), was granted—"ad requisicionem Domini Radulphi de Monte Hermeri et Domine Isabelle, consortis sue, . . . occasione obsequiorum predictorum Domini Radulphi et Isabelle; ita, videlicet, quod tunc, vel interim, ad dictam Ecclesiam personaliter veniat, et eandem Ecclesiam et Parochianos ejusdem visitet et videat; alioquin hujusmodi Licencia nullius penitus momenti existit (24 Nov., 1321); 162b. This was quickly followed by a Special Licence for a year—"a Quindena Pasche, proximo secutura [25 April, 1322], "racione obsequii Domini Radulphi de Monte Hermeri, Militis; 167b. And again, "ad instanciam Domini Radulphi de Monte Hermery, et aliorum Nobilium, optinuit Licenciam intendendi obsequiis ejusdem Domini Radulphi per triennium a dicto die [18 Nov., 1324],—ita quod pauperibus parochianis, etc."; 182.

Stoke-Fleming,—

Sir Robert Pentelowe, R.,—He appeared before the Bishop (at Launcells), "die Sabbati proxima ante Festum Ascensionis Domini" (27 May), 1318, accompanied by Sir William, called le Knyghte, a priest, and obtained Licence of non-residence for three years, with permission to put out to farm the Sanctuary of his said Benefice, with all the revenues thereof, to the said William (who was to receive all the fruits of the Sanctuary, on the completion of the three years, for a further period extending to Michaelmas.—"Et dabit uterque singulis annis predictis, ex fine, ij marcas et dimidiam"; 127.

"Eisdem die et loco, Officialis dicti Domini, in Capella Curie de Launseles, condempnavit dictum Dominum Robertum, de ipsius expresso consensu, quod pro tempore saltem hujusmodi absencie sue, de qua premittitur, ad dimittendum pro se Procuratorem sufficientem, qui omnibus querelare seu conqueri volentibus

contra eum prout justum esset responderet. Qua condempnacione sic facta, idem Dominus Robertus nominavit Magistros Johannem de Hurbertone et Willelmum de Beare eidem Officiali, ut essent Procuratores sui, conjunctim et divisim; et voluit et rogavit quod dictus Officialis eisdem Procuratoribus super hoc Procuratorium sigillaret,—presentibus Magistro Nicholao de Hele, Domino Willelmo Knyght predicto, et me, Ricardo de Twyvertone; die et loco, et anno predictis, Indiccione prima."—RdT. Sir John de Pultone was licensed to farm this Benefice for two years (19 May, 1320); 149b.

Stoke-Gabriel [Gabrielstoke, MS.],—

Commission, directed (13 June, 1310), to the V. of this Parish against debtors, there, of Chancellor Roger de Otery; 52b. *See* St. Newlyn, page 343.

Stoke-in-Teignhead [Stoke in Tynhide, MS.],—

Master William de Newetone, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc.; he was to take subdeacon's Orders within the first year (20 Sept., 1319); 143: again (subdeacon), for a year (30 Sept., 1321); 161: renewed (17 Oct., 1322),—"et dabit xx solidos; 169: renewed, for two years (7 Aug., 1323); 176.

Stoke-Rivers, Sir Henry [de Raleghe], R. of,—

MEMORANDUM quod, cum Dominus dudum precepisset Domino Henrico, Rector Ecclesie de Stoke Ryvers, ex certis causis et legittimis, quod idem Rector nullatenus celebraret Divina, idem Rector nuper, die Martis proxima post Festum Commemoracionis Animarum [6 Nov., 1319], apud Estboclonde, comparuit personaliter coram Domino, et ipsum humiliter requisivit ut ipse Dominus, recepta caucione ydonea ab eodem Rectore quod se gereret de cetero secundum decenciam Ordinis sui, ipsum ex tunc permitteret licite celebrare; unde Dominus, audita requisicione sua, quod petivit sibi annuit, in hunc modum; videlicet, quod idem Rector, assumptis secum xij vel xiiij viris ydoneis de Parochia sua, venirent die Mercurii tunc in crastino, in Ecclesia Parochiali de Southmoltone, coram Magistro Waltero de Setone, et Nicholao de Hele, Commissariis suis in hac parte, et faterentur conjunctim et divisim se teneri ad Fabricam Ecclesie Exoniensis in x marcis argenti, solvendis si extunc super inhonesto gestu idem Rector quomodolibet sit convictus. Die, autem, Mercurii predicto adveniente, venit idem Rector, et Walterus de Stokes, Robertus le Peyntour, Willelmus de Hakeford, Willelmus Molendinarius, Robertus atte Birche, Johannes atte Clive, Alexander de Horigge, Willelmus de Kymelonde, Ricardus de Orliswalle, Alfredus de Kymelonde, Rogerus de Beardingecote, Willelmus Benet, et Willelmus atte Westyete, loco predicto, coram prefatis Commissariis; et promiserunt, et quilibet eorum promisit, per solempnem stipulacionem, interrogacione precedente, se teneri prefate Fabrice in predictis x marcis, si idem Rector super premissis, modo quo premittitur, quomodolibet sit convictus. Quibus sic actis, data fuit ibidem sibi Licencia, sicut petierat, ex tunc celebrandi Divina,—*quibus actis non interfui ego Ricardus;* 144b.

Stone, Philip de la, inst. to St. Keyne; 128.

Stonhouse, William de, R. of Forrabury (q.v. *Inst.*): R. of Dunchideock; 131.

Store, Ralph, *see* Consistory Court; 172b.

Storridge, *see* Fisshacre (*Oratories*); 123b.

Storrigge, Philip de, *see* Ros, Saer de; 38b.

Stourtone, Nicholas de, inst. to Hennock; 171.

Stowe, John de, R. of Powderham; 62b, 115b: deceased; 154b.

Stowford [Stouforde, MS.],—

Sir Adam de Welle, R. of,—Licence of non-residence for a year, to study, etc. ("quintodecimo Kalendas Octobris"—17 Sept., 1311); 63b.

Stouforde, Henry de, Official-Peculiar,—

Collated to a Preb. in St. Crantock; 160: to Lezant; 168.—*See* Consistory

Court; 172: Penylles, David de; 105, L 206b: Berry-Narbor; 112: Harpford; 113b: Menhenyot; 119b: Benefices (vacant); 125b: Crediton (*Inst.*); 154b: St. Madron (*Inst.*); 183b.—He was commissioned (15 Nov., 1315), in conjunction with Richard de Coletone, Official-Principal, "ad Inquirendum de quibusdam criminibus, etc.; 110b.

Stoweforde, Wm. de, inst. to Redruth; 112b: Lifton; 149b, 157b.

Strange, John, Canon of Exeter; 4 (page 11).

Stranghe, Nich., Canon of St. Crantock, deceased; 160.

Strange, Roger *called, see* Winkleigh (*Inst.*); 41.

Strete, William de, Prebendary of Carswell and of Hayes (in the Castle of Exeter); 42: deceased; 71.

Suffragan Bishop,—

Robert, Bp. of Clonfert, appointed Suffragan Bishop in this Diocese,—Cum, sicut vestra Paternitas nobis exposuit, ad nostram sitis Diocesim noviter profecturus, ut, per mensem a tempore quo . . . Diocesim ingressi fueritis, "Confessiones quorumcumque subditorum nostrorum, vobis peccata sua confiteri volencium, audire, et, injuncta eisdem sic confitentibus pro suis commissis Penitencia salutari, ipsos super commissis eisdem absolvere valeatis, eciam si inter cetera talis casus occurrat cujus Absolucio ad nos specialiter fuerit, de jure vel de consuetudine, reservata; necnon Ecclesias et Cimiteria, si que jam in nostra Diocesi predicta, vel infra memoratum mensem, per effusionem injuriosam humani sanguinis, vel alio modo forsitan execrata, reconcilianda fuerint, debite reconciliare; et minores Procuraciones, que propter hoc abinde debentur, recipere, Procuracionibus super hoc majoribus nobis specialiter reservatis; pueros, eciam, confirmare; Calices, Vestimenta, et alia Ornamenta Ecclesie benedicere; ac quociens, ubi, et quando vobis expedire videbitur, predicare seu proponere Verbum Dei,—vobis, de cujus puritate consciencie plenam in Domino fiduciam optinemus, vices nostras, tenore Presencium, committimus, et Licenciam, prout ad nos pertinet, de nostra concedimus gracia speciali.—In cujus rei, etc.—Datum Londoniis, xx die mensis Maii, Anno Domini Mo CCCmo vicesimo quarto; 180.

Suicide of a Chaplain (not named),—

Inventa in quodam Magno Rotulo in Scaccario Domini Regis, de quodam qui voluntarie se suspendit:—

Anno decimo nono Regis Henrici Tercii [1234-5], Episcopus Herfordensis de catallis Capellani qui se suspendit—xls.; set non debet summoniri, quia nulla catalla in laico feodo set in feodo Ecclesie; unde inde quietus est per Breve Regis, in quo premissa continentur.—Annus sextus Regis Ricardi [1194-5] inter alia, comprehendit compotum de catallis inimicorum Regis captis et venditis.—Recordum.—fol. 176; where this Document is entered, sub anno 1323, without comment or reference to anything contained in the context.—*See*, also, Stoke-Fleming (*Inst.*).

Sully, Joan de, presents to Iddesleigh; 55, 151b.

Sully, Reymund de, R. of Iddesleigh; 218: inst. to Sampford-Courtenay; 54b, 64b, 69b, 142b.

Suttone, John de, Canon of Crediton; 47b: deprived; 142b.

Suttone, Martin de, Canon of St. Probus; 74b.

Swafelde, John de, R. of Meavy (q.v.): deceased; 161.

Swannacot (Lower), in Wyke-St. Mary; L 191.

The Rectory was appropriated by Bishop Bytton to Buckland Abbey, "salva competenti Vicaria, per ipsum seu Successores suos taxanda." The completion of the task was left to Bp. Stapeldon, who ordained—"quod prefatus Vicarius (Dominus Walterus), et successores sui . . habeant, etc., totum Sanctuarium . . . cum manso et domibus in eodem Sanctuario situatis, excepta quadam pecia terre clausa, que jacet prope Cimiterium in Boriali parte ipsius Ecclesie; quam, quidem, peciam prefatis Religiosis ad construendum eis grangiam in eadem pro decimis majoribus . . . et aliis rebus suis inibi reponendis, duximus assignandam. Habeant, eciam, . . . totum altilagium et decimas minores tocius Parochie, . . . exceptis decimis minoribus dictorum Religiosorum provenientibus de Manerio eorundem de Gnatham in dicta Parochia et terris adjacentibus, que fuerunt in manibus dictorum Religiosorum, ut in dominico, tempore Institucionis nunc Vicarii in eadem; sub quibus altilagio et decimis minoribus decimam feni tocius Parochie, excepto Manerio de Gnatham . . . volumus comprehendi. Volumus, eciam, et ordinamus quod iidem Religiosi solvant dicto Vicario, et suis successoribus . . . unam dimidiam marcam argenti, singulis annis, in Festo Nativitatis Domini; ad cujus solucionem, sic, ut premittitur, faciendam, per sequestracionem omnium decimarum predictarum, et aliis modis legitimis, per nos et Successores nostros, si oporteat, compellantur. Et solvant dictus Vicarius, etc. Procuracionem Archidiaconi Loci, Cathedraticum et Synodaticum, et sustineant Libros ad Rectoriam dicte Ecclesie pertinentes, et vitrum fenestrarum Cancelli ipsius Ecclesie dumtaxat suis sumptibus, postquam hec semel per prefatos Religiosos sufficienter reparata fuerint et correcta. Dicti, vero, Religiosi sustineant omnia et singula onera alia dicti Cancelli, et cetera onera ipsius Ecclesie imposita et imponenda" (31 Oct., 1311); 65.

Walmesforde, Henry de, *see* p. 155 (Chapel in Exeter Castle).

Walle, Emmota de la, *see* Juweaux, Britel; 120b.

Walle, William de la, *see* Arundelle, John de; 115b, 116b.

Wallia, John de, inst. to the Raleghe Chantry (*Pilton*); 146b.

Waletone, John de, Proctor for Rd. de Perchenhale; 154b.

Walronde, John, *see* Consistory Court; 172b.

Walter, William, *see* Faber, John; 55b.

Walwanus, V. of Buckfastleigh, deceased; 49.

Walwayn, Nicholas, inst. to South Tawton; 84b.

Wancy, Nicholas de; 15b. *See* page 66, *note* 6.

Warblington, Sir Matthias, R.; 159b. *See* Upton-Hellions.

Warkleigh; William Cosyn, subdeacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (25 Sept., 1319),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 143: renewed, for a year, from Michaelmas (16 Sept., 1320); 151b: again, for a year (20 Nov., 1321); 162b: again, for two years, to study, "in transmarinis Partibus vel alibi'

(19 Feb., 1322-3),—"et dabit pro utroque anno dimidiam marcam—j marcam"; 174: again, for a year, from 19 Feb. (4 May, 1325); 184.

Warnefforde, Isabella de; *see* Thorney; 76.

Warwick [Guy], Earl of, *see* West-Buckland; 57, 75.

Washfield [Waysfelde, MS.]; John Coye, R.,—

Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, etc.; he was to take subdeacon's Orders (17 Sept., 1309); 43b: renewed (deacon—4 Sept., 1310); 55: again, for two years, and to put out his Benefice to farm, to Walter de Cloptone, priest (7 Oct., 1313); 80: again (priest), for two years (24 Sept., 1323); 177.

Waisfeld, Nicholas de, inst. to West Anstey; 144b.

Washford [Waysfel, and (in the margin) Waysfeld, MS.—a clerical error],—

Symon [de Sancto Genesio], deacon, R.; Dispensation: non-residence, for a year from Michaelmas (19 Sept., 1309); 43b: renewed, 10 Sept., 1310; 56.

Watergate, Wm. de, junior, *see* Bosham; 14, etc.: Thorney; 76.

Wavyntone, Nicholas de, R. of Diptford; 43b: L 193, 211b.

Way [la Weye, MS.], *see* Pollard (*Oratories*); 39b.

Wedergrave, Nich. de, inst. to Southmolton; 120: to Holsworthy; 155, 168. *See* Southmolton (*Inst.*); 157: L 213b, etc.

Wela (*or* Wele), John, R. of Combe-in-Teignhead,—

Commission directed to him, and to Roger de Otery, Official-Principal; "iiij Kalendas Marcii" (26 Feb.), 1308-9,—"in omnibus causis et negociis Visitacionem nostram seu alias speciales vocaciones nostras qualitercumque contingentibus . . . vobis vices nostras committimus; 38b.—He resigns Combe-in-Teignhead; 40b: is collated to the Archdeaconry of Barum; 39b, 51b: resigns, and is collated to that of Exeter, with a Preb. in the Cathedral; 69b: resigns the Archdeaconry for the Precentorship; 117. *See* Exbourne; 42b.

Wellia, Adam de, collat. to Ashwater; 55: R. of Stowford; 63b.

Wellia (*or* Welle), Hugh de, inst. to St. Winnow; 70: V. of South Petherwin, deprived; 160b.

Welle, Richard de la,—

Appointed Steward and High-Bailiff, in the room of Henry de Bokerel, for the City and Suburbs of Exeter and the Manors of Paignton, Bishopsteignton, Chudleigh, Ashburton, Clyst, and Flokeston (20 Aug., 1308)—Witnesses: J. de Poltone, R. de Honetone, and Thomas de Moletone); 35.

Welletone, Master Roger de, Archdeacon of Teviotdale [Tevydale, MS.], Diocese of Glasgow,—

The Bishop commissions him to collate to a Preb. in Bosham about to be vacated, "septimo Idus Novembris" (7 Nov.), 1308; 36b.—*See* Bosham; 43.

Wengrave, Wm. de, adm. to Witheridge (q.v.); 119: L 214.

Were, John de, clerk, *see* Scilly; 117b, 122.

Were, Rd. de, *see* Glasney (*Inst.*); 76b; admitted to Lezant; 77b: R. of Wear-Giffard; 79b, 81.

Were, William de la, *see* Scilly; 117b, 122.

Were, William, *see* Consistory-Court; 172b.

Weremister, Walter de, inst. to the Prebend of Hayes; 71.

West, Thomas and Alianora; 2 (pp. 5, 6).

West Anstey, *see* "Dedications"; 145.

[*Ordinacio Vicarie de Westansty*,—

Universis, etc. Walterus, etc.—Noverit Universitas vestra quod, cum . . . Decanus et Capitulum Exoniensis Ecclesie, ad Vicariam Ecclesie de Westansty . . . eisdem . . . Canonice appropriate, per nos taxandam et ordinandam in eadem, Dominum Nich. de Waschefylde, presbiterum, nobis nuper libere presentaverint, a nobis instituendum Canonice in eadem; nos, ut sciatur in quibus porcionibus hujusmodi Vicaria consistere debeat in futurum, pensatis ipsius Ecclesie . . . facultatibus, etc., ordinamus, videlicet, quod dictus Nich. de Wasshfelde (*sic*) . . et sui successores habeant et percipiant . . . omnes et singulas domos que ad Rectoriam . . . consueverant pertinere, cum toto Sanctuario . . . excepta una grangia, cum area adjacente eidem, circiter dimidiam acram terre continente; quam, quidem, grangiam dictus Vicarius, etc. suis sumptibus propriis sustinebunt, ad usum dictorum Decani et Capituli, cum blada sua ipsius Ecclesie eis placuerit unire et recolligere in eadem; alioquin omnia aisiamenta, tam de ipsa domo quam de area predictis, cum iidem Decanus et Capitulum non indiguerint ut premittitur, remaneant penes Vicarios antedictos. Habeant, eciam . . . omnes minores decimas, oblaciones, et alias quascumque obvenciones tocius predicte Parochie ad altilagium . . . pertinentes; in quibus decimam feni et mortuariorum, lini, canabi, vitulorum, agnorum, pullanorum, cujuscumque eciam bladi in ortis nunc existentibus, cum vangis excultis, volumus inter cetera comprehendi. Volumus, eciam, et ordinamus quod . . . percipiant, singulis annis, a predictis Decano et Capitulo, ij marcas argenti, in Scaccarium ipsorum Exonie, ad quatuor anni terminos principales. Dictusque Vicarius, etc., ministris seu famulis dictorum Decani et Capituli, cum pro videndis seu vendendis bladis dicte Ecclesie, que omnia, auctoritate presentis Ordinacionis, ad eosdem Decanum et Capitulum volumus remanere, ibidem accederint, hospicium competens inveniant; fenum et litteram et boscum, pro mora sua, subministrent eisdem. Ordinamus, insuper, quod dictus Vicarius, etc., omnia onera ordinaria dicte Ecclesie subeant et agnoscant; quodque Cancellum dicte Ecclesie, Libros, et cetera Ornamenta ipsius ad Rectoriam spectancia, necnon vitrum fenestrarum dicti Cancelli, suis sumptibus sustineant; extraordinaria, vero . . . quocumque nomine censeantur, ad Decanum et Capitulum pertineant antedictos. Salva nobis et Successoribus nostris potestate hanc nostram Ordinacionem et Taxacionem augmentandi, etc.—In cujus rei, etc.—Datum apud Clyst, die Veneris proxima post Festum Epiphanie Domini" [11 Jan., 1319-20].—*Archives of the Dean and Chapter, No.* 3625, *fol.* 158].

West Buckland, Sir Symon de Arnyngworthy, priest, R.,—

Dispensation: non-residence, "ut obsequiis . . . Nicholai de Warwyke, per biennium . . . insistere valeas": he was to provide for the cure of souls and the relief of his poor parishioners (17 May, 1308); 34: again, till Michaelmas, 1312, "in servicio Domini Comitis de Warwyke," (4 Nov., 1310); 57: again [Anigworthe, MS.], "ad preces . . . Guydonis de Biauchamp, Comitis Warwykie . . . intendendi obsequiis Comitis" (30 Nov., 1312); 75.—Wm. de Nywenham, accolite, R., non-residence until the F. of St. Peter ad Vincula (1 Aug.), 1315, to study, etc. (29 March, 1314); 83: again (subdeacon), "ut in Partibus transmarinis per triennium stare valeat in Scolis, vel in Anglia per biennium"; 107[b], [Date omitted; the Entry occurs between 29 July and 14 Aug., 1315]: again, non-residence (and to put out his Benefice to farm), for one year from Michaelmas, to study, etc. (5 Sept., 1317),—"et dabit, ex fine, dimidiam marcam"; 121[b].

Westleigh,—*Taxacio Vicarie de Westleghe*:—

Ut sciatur in quibus Porcionibus dicta Vicaria consistere debeat in futurum, ordinamus quod tu, [Symon Stiria], et singuli Vicarii successores tui . . . habeas et habeant, nomine dicte Vicarie, totum Sanctuarium dicte Ecclesie, cum manso et domibus in Sanctuario situatis, et aliis pertinenciis suis universis, excepta meliori grangia et dimidia acra terre contigua eidem, . . . totum altilagium, et decimam feni tocius Parochie, una cum decima culture in

curtilagiis cum vanga excultis, et tota decima garbarum ville de Tappeleghe. Et solvas, singulique, etc., solvant, Procuracionem Archidiaconi Loci, Cathedraticum, et Synodaticum; sustineas, et sustineant, Libros ad Rectoriam . . . pertinentes, et vitrum fenestrarum Cancelli et cooperturam ipsius Cancelli dumtaxat, tuis et eorum sumptibus, postquam semel, per Decanum et Capitulum Exonienses, quibus dicta Ecclesia Canonice appropriata existit, sufficienter reparata fuerint et correcta. Qui, quidem, Decanus et Capitulum omnia et singula onera alia dicti Cancelli, et cetera onera ipsius Ecclesie, imposita et et imponenda de cetero, sustineant et agnoscant; salva nobis et Successoribus nostris potestatem . . . declarandi, augendi, etc.; 89. [There is no date; but the Taxation was made on Stiria's Collation, 19 Aug., 1314].

West Ogwell [Westwoggewille, MS.],—

Simon de Boyvile, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (6 Jan., 1319-20); 145b.

West Worlington [Westwolryngtone, MS.],—

Johel de Bukyngtone, subdeacon, R.,—non-residence for a year, to study, etc. (22 June, 1319); 141b.

Westbury (*or* Westbyry), Wm. de, R. of Ashwater; 40b, 56b.

Westbury Collegiate Church, *see* Exeter (*Canons*); 159b.

Westone, Sir John de, Knt., presents to All-Hallow's, Goldsmith Street, Exeter; 41, 76b: *see* Brothertone; 112.

Westone, John de, Proctor for Roger de Audele; 116b.

Westone, Thomas de, presented to St. Creed; 158b.

Weye, Thomas de la, *see* Upton-Pyne (*Inst.*); 55b, 69b.

Weye (*or* atte Weye), Wm. de la, inst. to Redruth; 184.

Weymue, Henry de, *see* Ermington; 34b.

Whalesbreus, Wm. de, patr. of St. Mawgan-in-Kerrier; 124, 182.

Whitchurch,—

Appropriacio Ecclesie de Whitchurche quatuor Presbiteris, Anno Consecracionis Walteri, Exoniensis Episcopi, quartodecimo,—

Universis, etc., Walterus etc.—Postulancium desideria promerentur audiri dum id petitur per quod Cultus Divini Numinis incrementum recipit; vivis tam temporaliter quam spiritualiter consulitur pariter et defunctis.—Sane Religiosi Viri, Frater Robertus de Campellis, Abbas Monasterii de Tavistoke . . . et ejusdem Loci Conventus, transmissa nobis peticione, cum instancia supplicarunt ut in Ecclesia Parochiali et curata de Whitchurche, . . . que de ipsorum Religiosorum Patronatu existit et sacerdotem unicum consuevit habere, Cantariam Perpetuam quatuor sacerdotum, qui secundum modum inferius annotatum ibidem Divina perpetuo celebrarent, ordinare ac statuere; necnon, circa ipsorum sacerdotum statum qualem in dicta Ecclesia et Cantaria et quem gradum inter se habere debeant similiter ordinare, predictamque Ecclesiam ad sustentacionem sacerdotum hujusmodi assignare, et eidem Cantarie ipsis pro sacerdotibus appropriare, intervenientibus omnibus juris solempniis, auctoritate Pontificali et ordinaria dignaremur. Nos, itaque, attendentes Divine pariter et humane caritatis ardorem quo prefati Religiosi in hac parte flatu Sancti Spiritus succenduntur, quantumque cum Divine laudis augmento messi Dominice que multis operariis indiget providebitur intime ponderantes, . . . supplicacioni prefate dignum duximus, quantum nobis permittitur, prout sequitur, favorabiliter inclinare. Habito, igitur, cum dilectis filiis Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis super hiis communi tractatu et solempni et prout requiritur pleniori, vocatis ad tractatum hujusmodi specialiter Magistro Rogero de Churletone, Archidiacono Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi predicta, infra cujus Archidiaconatus ambitum prefata Ecclesia de Whitchurche notorie situatur, necnon Domino Jacobo Franceis, Rectore qui nunc est Ecclesie de Whitchurche sepefate, in predicti Archidiaconi personali et predicti Rectoris Procuratoris presencia, de

consilio et assensu unanimi dictorum Decani et Capituli, statuimus et ordinamus in predicta Ecclesia de Whitchurche, quatenus in presenti de jure valemus, Cantariam Perpetuam quatuor sacerdotum, qui, cedente vel decedente prefato Rectore . . . Divinum Obsequium nocturnum et diurnum modo qui sequitur exsolvere perpetuo teneantur; ut, videlicet, post Horas Canonicas et Missam de die, quas ab omnibus sacerdotibus in ipsa Ecclesia horis competentibus dici precipimus, plenum Servicium tam pro vivis quam defunctis, *Placebo*, scilicet, *Dirige*, et Commendacione, et tres Missas pro mortuis, vel ad minus duas, et terciam de Sancta Maria, cessante impedimento legitimo, dicere cotidie teneantur; in quibus Missis et aliis oracionum suffragiis obsequiisque Divinis pro felici statu Fratris Roberti, Abbatis supradicti, ejusdemque Loci Conventus, necnon prosperitate et pace Excellentissimi Principis, Domini nostri, Domini Edwardi, Dei gracia Regis Anglie illustris, Domine Isabelle, Regine, salubrique statu nostro, Decani et Capituli nostri Exoniensium, Dominorum eciam Hugonis de Curtenay et Ricardi de Stapeldone, Militum, si nobis aut predictorum aliquo superstitibus sacerdotes hujusmodi in predictam Ecclesiam effectualiter ordinari contigerit, quorum realis et effectualis ordinacio, sicut premisimus, usque ad predicte Ecclesie vacacionem Canonicam dependebit; necnon pro animabus Willelmi et Ysote, parentum dicti Fratris Roberti; Domini Ordulphi, Comitis; Abine, Comitisse; bone memorie Edwyni et Luvyngi, quondam Episcoporum Exonie, prefati Monasterii de Tavistoke fundatorum, suorumque progenitorum; predecessorum et successorum dictorum Abbatis et Conventus; Roberti de Veteri Terra, Ade de Middeltone, Johannis de Aisleghe, specialiter; et generaliter pro omnibus vivis fidelibus ac defunctis, memoratos sacerdotes ac alios ejusdem Ecclesie ministros adorare Dominum nostrum cum competentibus oracionibus, seu collectis ac aliis ordinatis officiis, per hanc nostram Ordinacionem imperpetuum valituram teneri volumus et astringi mandamus. Cum quis, autem, predictorum nunc superstitum pro quibus duximus exorandum subtractus fuerit ab hac luce, in ordine recitandorum nominum eum nunc defunctis volumus anteponi; pluribus, autem, vel omnibus qui mori poterunt resolutis, eodem ordine recitentur defuncti quo vivi superius describuntur. Nec miretur aliquis hujus nostre pagine recitator quod Fratrem Robertum, Abbatem predictum, tam vivum quam defunctum ceteris omnibus, Majestati Regie, Pontificali reverencie, Comitisque spectabilitati prerogativam honoris nullatenus exhibentes, in memoratorum sacerdotum aliorumque ministrorum oracionibus primum recitacionis locum disposuimus optinere, cum predicti Fratris Roberti labores et merita, quibus prefati Monasterii de Tavistoke facultates non mediocriter ampliavit, quique prefate Ecclesie de Whitchurche Advocacionem seu jus Patronatus, suis mediantibus laboribus et industria, ut Ordinacio hujus Cantarie fieret in eadem, noviter adquisivit, sibi, quoad hoc prelacionem digne postulent indulgeri, ut honoris premium laboris tedium recompenset. Statuimus, eciam, et de predictorum Decani et Capituli ordinamus assensu quod, cedente vel decedente predicto Rectore . . . Officium Archipresbiteratus sit imperpetuum in eadem; ita, videlicet, quod cum ipsam Ecclesiam, et extunc quociens ipsum Officium, vacare contigerit, Persona ydonea ad hujus Archipresbiteratus Officium curamque et regimen ipsius Ecclesie sueque Parochie, nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exonie, per Abbatem et Conventum Monasterii de Tavistoke predicti, infra unius mensis spacium—cujus propter diutine vacacionis evitandum discrimina, et ne Divinum Obsequium oracionumque suffragia que tam vivis quam mortuis superius disposuimus exhiberi, dilacionem capiant, taliter duximus moderandum—Canonice presentetur; alioquin potestas plenarie conferendi Officium Archipresbiteratus hujusmodi ea vice nobis, seu Successoribus nostris qui pro tempore fuerint, devolvatur; quam Personam, per dictos Religiosos—ut premittitur—presentatam, ad ipsum Officium, necnon curam et regimen ipsius Ecclesie tociusque Parochie, seu illam cui per nos seu Successores nostros, propter negligenciam dictorum Religiosorum vel persone presentate defectum seu inhabilitatem, hujusmodi Officium collatum fuerit, admissam et institutam Canonice in eodem Archipresbiteri vocabulo eo quod aliis presbiteris serviturus ibidem preerit, volumus et precipimus nominari. Hujusmodi, vero, Archipresbitero instituto, sicut premittitur, et admisso, tres presbiteros, viros utique ydoneos, quos absque causa racionabili nolumus amoveri, de ipsius Archipresbiteri consilio et assensu; et extunc, quociens locus ipsorum vel alicujus ipsorum vacaverit, Personam aliam ydoneam, nobis seu Successoribus nostris . . . memorati Religiosi Viri, Abbas Monasterii de Tavistoke etc., infra unius mensis spacium postquam idem Archipresbiter primum institutus fuerit et admissus; et

extunc, quociens trium presbiterorum hujusmodi locus aliquis vacaverit, quod ex causa premissa taliter limitavimus, Personam aliam subrogandam ydoneam presentabunt; potestate tres presbiteros hujusmodi a principio deputandi, et extunc, loco cedentis decedentis vel amoti, personam aliam subrogandi, ad nos et Successores nostros . . . sicut in alio casu diximus, devolvenda, si prefati Religiosi circa presentacionem hujusmodi infra pretaxati temporis spacium negligentes fuerint, aut Personam inhabilem forsitan contra Canonum Instituta duxerint presentare. Pro sustentacione, autem, Archipresbiteri triumque presbiterorum seu sacerdotum de quibus supra fit mencio, ac unius clerici, quem preter Aque Benedicte bajulum per Archipresbiterum memoratum, ad ministrandum in predicta Ecclesia juxta inferioris Ordinis quem habebit gradum, precipimus et statuimus deputari, prefatam Ecclesiam, cum vacaverit, ipsiusque universos redditus et proventus, cum predictorum Decani et Capituli assensu et consilio, assignandos fore decrevimus, eisdemque Archipresbitero et Ministris in usus proprios titulo perpetuo possidendos concedimus, et, quatenus in presenti possumus, assignamus eisdem. Volumus, insuper, et ordinando statuimus, de assensu et consilio antedictis, quod, quandocumque Archipresbiter qui pro tempore fuerit inter F. Beati Michaelis in Septembri et F. Apostolorum Petri et Pauli in mense Junii tunc proximo secuturum cesserit, decesserit, vel alias legitime amotus fuerit, qui fructus decimales anni precedentis integraliter percepit, si cesserit vel amotus fuerit ut premittitur, vel, si decesserit, Testamenti sui Executores seu bonorum ejusdem Administratores pro hujusmodi fructibus sic perceptis solvant tribus presbiteris memoratis id quod auctoritate presentis Ordinacionis et Statuti debetur eisdem, et in victualibus sustineant, prout Archipresbiter ipse eisdem solvere et sustinere consuevit eosdem; necnon omnia alia onera ordinaria et extraordinaria dicte Ecclesie de Whitchurche, quocunque nomine censeantur, usque ad dictum F. Apostolorum Petri et Pauli agnoscant integraliter et supportent; et, preterea, solvant Archipresbitero, quem ibidem secundum modum superius annotatum prefici contigerit successorem, singulis septimanis, postquam fuerit sic prefectus usque ad dictum F. Apostolorum Petri et Pauli, singulos duos solidos sterlingorum, nisi idem Archipresbiter altilagium ipsius Ecclesie percipiendum vel partem ejusdem in solucione hujusmodi duorum solidorum, prout inter se super hoc poterunt convenire, duxerit eligendum: in cujus eleccionis eventum, si fiat per Archipresbiterum memoratum, si idem altilagium pro tota solucione hujusmodi duorum solidorum eligatur, tunc cesset in totum; si, vero, pars ejusdem altilagii in parte solucionis eorundem eligi contigerit, tunc cesset solucio in ea parte quoad duos solidos antedictos. Si, vero, archipresbiter ipse, inter F. Apostolorum Petri et Pauli predictum et F. Beati Michaelis in Septembri, cesserit, forsitan, decesserit, vel alias legitime amotus fuerit, fructibus decimalibus ejusdem anni fortassis a solo separatis et per eundem prius pro parte perceptis et consumptis, Archipresbiter novus succedens eidem totum residuum hujusmodi fructuum decimalium nullatenus consumptorum Parochie dicte Ecclesie, tam exterius in quocunque loco existencium quam in horreis ibidem reconditorum, dum tamen Archipresbiter ipse successor satisfecerit de inpensis appositis circa collecciones fructuum eorundem, habeat et percipiat; et in eventum illum Archipresbiter ipse succedens pro rata partis hujusmodi fructuum quam sic percepit; precessor, vero, ipsius si cesserit vel alias amotus fuerit, aut si decesserit Testamenti sui Executores seu bonorum ejusdem Administratores, pro rata partis eorundem fructuum sic primitus consumptorum, omnia et singula onera supradicta juxta modum superius annotatum subire et agnoscere teneantur. De fructibus, autem, quos in Sanctuario ipsius Ecclesie excoli et crescere contigerit, statuimus et ordinamus, de assensu et consilio predictis, quod Archipresbiter succedens, ut premittitur, quocunque tempore anni cesserit, decesserit, vel alias amotus fuerit precessor vel predecessor ipsius, habeat et percipiat omnes fructus excultos in Sanctuario memorato; satisfacto sibi per memoratum Archipresbiterum succedentem, si cesserit vel amotus fuerit precessor ipsius, vel, si decesserit, Executoribus Testamenti sui vel bonorum ejusdem Administratoribus, de inpensis dumtaxat appositis circa agriculturam Sanctuarii memorati; et si quid de eisdem fructibus in Sanctuario excultis ante cessionem, amocionem, vel decessum precessoris reconditum fuerit, vel alias forte consumptum, in eventum illum fiat super hiis prout in alio casu de fructibus decimalibus superius est expressum, jure vel consuetudine quod vel que de media Quadragesima in nostra Diocesi usitatum in aliis Rectoribus locum optinet, non obstante; juribus et consuetudinibus in admissione seu repulsione Rectorum et aliorum preficiendorum in

nostra Diocesi hactenus usitatis, tam circa admissionem et repulsionem Archipresbiteri memorati de quibus supra fit mencio, moderacione temporis presentandi dumtaxat excepta, quibus per premissa derogare non intendimus, in suo robore plenarie duraturis. Tenore, eciam, Presencium prohibemus ne quis capellanorum hujusmodi, quocumque colore quesito, in aliis Ecclesiis vicinis vel circa aliud quodcumque Obsequium, Divinum videlicet vel humanum, quorumcumque clericorum aut laicorum precepto seu prece, ministrare seu vacare quovismodo valeat, dum ipsorum Archipresbiteri seu capellanorum numero voluerit aggregari ; quod si secus egerit, nec, tercio per Episcopum Exoniensem vel ejus Officialem, Archidiaconum Tottonie vel ejus Officialem, vel Abbatem de Tavistoke qui pro tempore fuerit, seu per memoratum Archipresbiterum si forte suus inferior deliquerit in premissis, commonitus, noluerit a talibus abstinere, a suis ibidem habitis beneficio et officio sit ipso jure privatus et ab eisdem removeatur omnino, et alius vice sui juxta formam precedentem ydoneus subrogetur. Quantum, autem, ad statum sive gradum inter Archipresbiterum et alios presbiteros habendum, statuimus et, de dictorum Decani et Capituli consensu unanimi, ordinamus quod cui regimen tocius predicte Ecclesie et sue Parochie cicius est commissum, quem, ut prediximus, Archipresbiterum nominari volumus, et qui de juribus Episcopalibus et Archidiaconalibus tenebitur respondere, de bonis dicte Ecclesie libere disponendi habeat facultatem ; ita, tamen, quod tam ipse quam alii presbiteri seu sacerdotes, quos suos socios appellabit et volumus appellari, in eadem domo simul cotidie se semel et similiter reficiant et habitent in communi, quodque idem Archipresbiter de bonis redditibus et proventibus dicte Ecclesie singulis sacerdotibus per singulos annos, inter Festa Beati Michaelis et Omnium Sanctorum, pro una roba duorum garnimentorum de una secta, et de qua ipsemet Archipresbiter, si illo anno habere nova indumenta voluerit, indui faciet semet ipsum ; alioquin de alia precii viginti solidorum sterlingorum inter predicta duo Festa tenebitur liberare ; et nichilominus duas marcas sterlingorum pro aliis necessariis annis singulis, ad Terminos Quatuor Principales, videlicet Natalis Domini, Pasche, Nativitatis S. Johannis Baptiste, et Beati Michaelis in Septembri, pro equalibus porcionibus ipsorum presbiterorum seu sacerdotum cuilibet ministrare. Qui, quidem, Archipresbiter tam in administracione bonorum, ut premittitur, quam honoris prerogativa ceteris preferatur, aliis presbiteris seu sacerdotibus inter se illum gradum in sedibus et aliis quem ordo temporis quo in societate hujusmodi fuerint illis attribuerit habituris, juxta legem que dicit quod is gradus ceteros antecedat quem in eodem genere militandi labor prolixior fecerat anteire. Sint, quoque, tres illi sacerdotes memorato Archipresbitero in exercicio cure animarum in predicta Parochia fideles et soliciti cooperatores, Sacramenta [et] Sacramentalia Parochianis ipsis, cum opus fuerit, ministrando ; ad quod faciendum hujusmodi presbiteros seu sacerdotes et quemlibet eorundem per hanc nostram Ordinacionem firmiter obligamus. Archipresbiter, vero, memoratus et quilibet ejus successor, in sua Institutione seu Admissione, vel quam cito postea, per nos Successoresve nostros, vel Abbatem Monasterii antedicti, de faciendo in Ecclesia predicta continuam residenciam personalem, et tam ipsi quam presbiteri tres alii, ac eisdem seu eorum alicui subrogandi seu subrogandus, de observandis hiis nostris Ordinacionibus, Voluntate, Precepto, et Statutis memoratis, cessante impedimento legitimo, ac aliis si oporteat racionabiliter faciendis, corporale prestabunt et prestabit ipsorum quilibet juramentum ; alioquin ille qui hujusmodi juramentum coram nobis aut Successoribus nostris, vel saltem Abbate memorato, postquam de eo prestando per nos aut aliquem Successorum nostrorum, aut Abbatem ipsum qui pro tempore fuerit, fuerit requisitus, per tres dies continuos prestare distulerit, omni jure quod in quocumque Beneficio in dicta Ecclesia optinuerit, absque monicione aliqua, perpetuo sit privatus ; salvis nobis et Successoribus nostris sequestro in bonis pertinentibus ad ipsum Archipresbiteratum, quociens et quando et pro toto tempore quo vacaverit, prout in aliis beneficiatis nostre Diocesis hactenus est de consuetudine usitatum ; necnon jure et jurisdiccione alias tam nostro quam Successorum nostrorum, ac eciam Ecclesie nostre Exoniensis, ac eciam Archidiaconorum Tottonie et suorum Officialium qui pro tempore fuerint, in omnibus et singulis, ac eciam auctoritate ; quibus per premissa in nullo volumus nec intendimus derogare ; et salva, eciam, nobis et Successoribus nostris . . . potestate premissis addendi seu detrahendi eisdem, ac eciam ea declarandi, si, prout, et quando nobis et ipsis videbimus seu viderint expedire.— In cujus rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis Exoniensis, Presentibus est appensum.—Datum Exonie" [14 Jan., 1321-2].—fol. 165.

Whiteby, John de, inst. to Holne (q.v.); 57.

Whiteleghe, Henry de, R. of Hemyock, deceased; 162b.

Whiteleghe, Thomas de, inst. to Hemyock; *ibid.*

Whitstone (*Cornwall*), Roger de Carmynov, R. of,—

Walterus, etc., Rogero de Carmynov, Rectori Ecclesie de Wytestone . . . salutem. —Audita suggestione tua, intelleximus tibi, tantummodo Primam Tonsuram habenti, a bone memorie Domino Thoma, Dei gracia Exoniensi Episcopo, proximo Predecessore nostro, literatorie fuisse concessum ut a quocumque Episcopo Catholico, liberam sui Officii execucionem et graciam Sedis Apostolice optinente, ad omnes Ordines valeres promoveri; eo non obstante quod de Exoniensi Dyocesi oriundus et in eadem beneficiatus existeres, et aliud Canonicum non obstaret; quodque post obitum dicti Predecessoris nostri per . . . Johannem, Dei gracia Lyncolniensem Episcopum, ad Ordines Accolitatus et alios Minores, ad quos antea promotus non fueras, et Symonem, eadem gracia Sarumensem Episcopum, ad Ordinem Subdiaconatus, pocius ex simplicitate quam malicia, per dictas Literas Dimissorias te fecisti minus provide promoveri; cumque consciencia tua te remordeat ex hac causa, per nos tibi postulas remedium adhiberi. Cupientes, igitur, quantum possumus, super hiis graciam tibi facere, et anime tue saluti salubrius providere, hujusmodi Ordinum suscepcionem, dum tamen aliud Canonicum tibi non obviet, ratificamus, et super inhabilitate sive macula, si quam occasione premissa contraxisti, quantum de jure possumus tecum misericorditer dispensamus; volentes, quantum in nobis est, quod exnunc exequaris sic susceptos Ordines et ministres Canonice in eisdem (12 April, 1309); 40.

—Ralph de la Hide, accolite, R.,—non-residence, for a year from Michaelmas, to study, etc.; he was to take subdeacon's Orders (21 Sept., 1309); 44: renewed, till Michaelmas, 1313 (17 May, 1310); 51.—Master Rd. le Seneschal, clerk, R.,—non-residence for two years, to study, etc. (13 April, 1311); 61: again, for one year (13 Aug., 1318); 128b.

Whitstone (*Devon*); Hugh de Pouderham, R.,—

Non-residence (as in the case of the R. of St. Ladock, q.v.—29 Nov., 1308); 37: again, for a year (14 Oct., 1309); 44b: again (6 Sept., 1310); 55.

Wibberi, Laurence de, inst. to Chagford; 144.

Wibberi, Oliver de, presents to Chagford; *ibid.*

Wybberi, Symon de, R. of Chagford; 106b.

Widecombe-in-the-Moor,—

Sir Michael de la Forde, chaplain: Licence to farm the revenues of Spichewike Chapel in this Parish for Sir Thomas, V. of Widecombe, for five years,—"et dabit ad elemosinam Domini j marcam" (24 July, 1312); 72b.—See "*Ord.-Pris.*", 236b.

Wydecombe, Richard de, inst. to Townstal; 114b.

Wydeslade, Richard de [A. M. & M. D.],—

Inst. to Exbourne; 44, 45b: collated Precentor of Crediton; 75b: resigns and is inst. to Honiton; 101b: collated to the Archdeacoury of Barum; 130.

Widworthy; Sir Clement, R. of,—

Non-residence till Michaelmas, to study, etc. (8 Dec., 1308); 37: again, for a year, and to put his Benefice out to farm to John de Lustleghe (3 Sept., 1320); 151.

Wyle, Henry de la, *see* Exeter Cathedral (Chancellors); 39b.—He was, afterwards, Chancellor of Sarum; 167.

Wigetone, Gilbert de (*see* "Wills"—Queen Margaret); L 214b.

Willand; Sir Elias [de Thyngdene], priest, R. of,—

"Licencia standi in obsequiis Dominorum Prioris et Conventus Tantonie"—for a year (8 Oct., 1318),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 131.

Wills,—

[There are no copies of Wills in this Register; only occasional references to Probate, etc., Names of Executors, and the like].

Commission, directed to Walter de Setone, Official-Principal, "ad audiendum Probaciones vel Insinuaciones Testamentorum quarumcumque Personarum, in Dignitate vel Personatu in Eccl. Exon. constitutarum" (18 March, 1322-3); 175.

Bello Prato [Beaupre], Sir Stephen de, Knt.,—*Commission*, directed to Sir Rd. de Hacche, priest, for Probate and to grant Letters of Administration to his Executors,—"Testamento ipsius defuncti primitus rite probato et insinuato, et Inventario bonorum . . . dicto Ricardo liberato; . . . proviso quod copia Testamenti . . . et Inventarii dicto Episcopo quam cito fieri poterit transmitteretur.—Die Dominica in Ramis Palmarum" (23 March, 1308-9); 39b. [*Grandisson* (*margin*)—"Testamentum Militis, coram Episcopo"].

Bliburghe, Wm. de,—Executor, Walter [Reynolds], Abp. of Canterbury; L 207. [He held the R. of Warblington, Hants, from 14 June, 1283, till his death in Feb., 1313-4. On the promotion of John de Drokenesford to the Bishoprick of Bath and Wells, he was appointed Keeper of the King's Wardrobe. –F.J.B.].

Bodrigan, Dame Ysolda de,—Proved before the Bishop, at Paignton, by Wm. Malherbe, Peter de Bodrigan, and Thos. [Daumarle], R. of St. Martin's-by-Looe, Executors (7 March, 1310-11); 60.

Bruyn (*or* Brun); the Mother of John le Bruyn, who was R. of St. Mawgan-in-Kerrier, and an Executor (5 Nov., 1308); 36.

Buthun, Laurence de,—Executors, Robert, his son; Cecilia, his daughter; and Rd. de Tyveryntone; L 190.

Bytton, Thos. de, Bp. of Exeter,—"Apud Clyst, in Camera, comparuit coram Domino Episcopo et Magistro Rogero de Otery, Officiali suo, sedentibus ibidem pro tribunali, Thom. de Esse, qui fatebatur se teneri Domino Thom. de Hentone, Executori quondam Domini Thome, Exoniensis Episcopi, in sex marcis et dimidia, solvendis in Festo S. Michaelis proximo futuro, vel infra Octabas ejusdem Festi: unde iidem Episcopus et Officialis predictum Thomam renunciantem omnibus defensionibus et dilacionibus in hac parte, ad peticionem suam, ad satisfaciendum de dicta peccunie summa termino supradicto, sub pena Excommunicacionis, ex nunc prout ex tunc, Magistro Nich. de Hele, Procuratori, ut asserebatur, dicti Thome de Hentone, condempnarunt,—presentibus Domino Petro de Honetone, et me, Lancevetone"; 88b. [1314; apparently, 2 Aug.; but no date is given].

Carru, Nicholas de,—Executors, Wm. de Carru, R. of Holsworthy, and Robert Bendyn; L 200.

Caunvyle, Sir Geoffrey de, Knt.,—Proved at Brixton (between Modbury and Plympton), 10 Feb., 1308-9. Letters of Administration to Sir Wm. de Caunpvyle, Knt., and Sir Maurice de Caunpvyle, R. of Holsworthy, Executors; Sir Robert, R. of Nymet-Tracy, their co-executor, having, before John Wele, refused to administer; 38. ["Probacio Testamenti Militis, coram Episcopo"—*Grandisson* (*margin*)].

Caxtone, William de,—Executor, William le Spicer; L 201b.

Cerseaus, Sir Rd. de, Knt.,—*Commission*, directed to Walter de Esse, Treasurer of Crediton, "ad audiendum raciocinia Executorum seu bonorum Administratorum" (8 April, 1309); 40.

Cornwall, Edmund, Earl of,—Executors, the Abbat of Hayles, Walter de Aylesburi, and others; L 187.

Egleby, Wm. de,—Executors, Wm. de Forestrete (V. of Axminster); Sibilla, his relict; Roger de Stoke, Thos. Cole, Thos. le Wodere, and Rd. le Juggere; L 212b.

Ferariis, Sir Herbert de, R. of Newton-Ferrers,—"Memorandum quod scriptum fuit Magistro Ric. de Coletone et Vicario de Yalmptone, sub dato apud Chuddeleghe, xxviij die mensis Marcii [1311], quod, non obstante Sequestro in bonis Domini Herberti de Ferariis, nuper Rectoris Ecclesie de Nywetone, defuncti, auctoritate Domini vel sui Officialis interposita, permittant Magistrum Henr. de Nywetone, Executorem in Testamento dicti defuncti nominatum, hujusmodi bona per visum ipsorum, vel unius eorum, vendere et in peccuniam redigere; ita quod eadem peccunia penes unum eorum sub sequestro remaneat, quousque Executores dicti Testamenti Administracionem hujusmodi bonorum receperint in forma juris, vel aliud receperint in Mandatis; et quod super hoc rescribatur citra Festum Pasche"; 60.

Fitz John, Matthew,—Executors, Master John de Coleputte and Alianora, relict of the said Matthew; L 191b.

FUIZ PAYN, ROBERT LE,—Executors, Wm. de Wengrave, Matthew de Clivedone, John Cary, and Wm. de Pillonde; L 214.

GIFFARD, WALTER, Chancellor of the Cathedral,—*Commission*, to prove his Will, directed to Walter de Setone, Official-Principal (17 April, 1322); 167b.

GILDEFORDE, HENRY DE,—Executors, the Abbat of Dureford, Henry de Stauntone, Wm. de Eyecote, and John de Brideforde; L 201b.

HAMELTONE, WILLIAM DE,—Executors, John de Merkynfelde, John Fraunceis, and others; L 199b.

HARPETREWE, THOS. DE,—Executors, John de Glasneye and Roger de Sydeburi, V. of Heavitree; L 209b.

HENGHAM, HUGH DE,—Executors, Master Wm. de Oteswyche and Thos. de Cardvyl; L 191b.

HIDE, THOMAS DE LA,—Executor, Thomas, his son and heir; L 209.

HUNDREMAN, ADAM LE,—Executors, Alice his wife, Nicholas de Ken, and John Berd; L 203.

ILEMISTRE, JOHN DE,—Executors, Reginald de Swengechulle, Hugh Ponkeschepens, and John Wysdom; L 188b.

KYLKENNY, ANDREW DE, Dean of Exeter,—*Commission*, directed to Ralph Germeyn, and Roger de Otery—"ad audiendum raciocinia Magistri Willelmi de Kylkenny et coexecutorum suorum Testamenti . . . Magistri Andree de Kylkenny, quondam Decani Exonie, de Administracione sua bonorum ejusdem; ita quod, auditis per ipsos hujusmodi raciociniis, fideliter referant Domino quid fecerint in premissis (19 Oct., 1311); 64.

LANGDENE, WALTER DE, clerk,—Executors, Philip [de Essewater], R. of All Hallows-Goldsmith Street, Exeter, John Gerveys, Joan de Langedene, and Michael Totrand; L 201.

LERCEDEKNE, ODO,—Executors, Alice, his widow, and Ralph Lercedekne; L 215.

LOVETOT, JOHN DE, senior,—Executors, Nich. de Sparkeforde, Thos. de Bynyngtone, and John de Borham; L 185.

MARGARET, Queen of Edward I.,—Executors, Thos. Earl of Norfolk, Gilbert de Wigetone, and John de Curtiniaco; L 214b.

MEDEBURNE, WM. DE,—Executors, Master Henry de Dyteneshale, Rd. de Chessebecche, and Alexander de Medeburne; L 188b.

OTERY, Master ROGER DE,—*Commission*, directed to Chancellor Giffard and Rd. de Morcestre, Archdn. of Barnn, to audit the accounts of Treasurer Thos. de Hentone and Rd. de Coletone, Canons of Exeter, Executors (4 Oct., 1317); 122b.

PARYS, WM. DE, of London, *Draper*,—Executors, John de Wintone and Rob. de Lambourne; L 213.

PUNTYNGDONE, WM. DE, Canon of Exeter,—*Commission* directed to Roger de Otery and Thos. de Hentone, Canons, and Wm. Bonda and John de Glasneya, Vicars, in the Cathedral, to inspect and audit the accounts of the Executors (17 July, 1309); 42b.—A second *Commission* was directed, "xij Kalendas Decembris" (20 Nov.), 1311, to the Official-Principal, the Penitentiary, (John de Uphavene) and John Wele, Archd. of Barum, and his Official—"in casu qui vertitur, seu verti speratur, inter Dominum Adam de Carletone, Archidiaconum Cornubie, . . actorem, . . et Magistros Ric. de Coletone, Joh. de Colepitte, et Dominum Joh. de Wyke, Canonicum Criditonensem, Executores, . . reos, . . occasione quorundam defectuum in quadam domo, cum pertinenciis ejusdem, quam Magister Henr. de Belleghe, quondam Archidiaconus Cornubie, Decano et Capitulo Exon. Eccles. predicte, ut asseritur, contulit in feodum, reparandorum." They received authority to carry out the necessary repairs, former Commissions being revoked; 66.—"*Absolucio super finali compoto bonorum Domini Willelmi de Pontyngdone*,"—granted to the Executors, 29 April, 1312; 71b.

QUIVIL, PETER, Bp. of Exeter,—Executors, Richard [*clerical error for* Robert] de Veteri Terra, Ralph Germeyn, Peter de Insula, and Wm. de Sancta Elena; L 200, 217, 227, 233.

ROSWALSTRES, HAMELINE DE,—Executors, Wm. Skinard; Ralph, V. of Treneglos; and Symon de Roswalstres; L 192.

RURDE, PHILIP; reference to his Will, touching lands in Aleborne; 44. [I was unable to identify this place when Letter A of this Index was being printed. But I have since stumbled, accidentally, on the following passage in the *Parliamentary Gazeteer*, under "BLAKEDON [*Blagdon*], in the Parish of Paignton, Hundred of Haytor, County of Devon."—"In the 28° year of Henry III., one Nicholas de Blakedon gave lands in Blakedon, *Aleborn*, &c., to Ralph de Wulveleghe, Prior of Torneford, Chief Minister in England of the Order of

the Holy Trinity for the redemption of captives, upon condition that, before Michaelmas that year, or, at farthest, before Michaelmas the next year, there should be placed and maintained here, at Blakedon, at least seven Brethren of the same Order, who were to serve God, and keep hospitality, according to the Rules of the same Order.- Tanner's Not. Mon."—Mr. Baigent has, since, sent me the following,—"*Devon.* —Eodem modo monstravit Regi Alicia, filia Roberti de Aldebourne, quod, cum ipsa in Curia Regis apud Westmonasterium recuperasset seisinam suam versus Philippum Rurd et Matildem, que fuit uxor Rogeri le Soper, de uno mesuagio cum pertinenciis in Cliftone Dertemuthe, per considerracionem, etc." *Rot. Orig.*, 15 Edw. II., Rot. 27].

VALLIBUS, ROBERT DE; Executors, Walter de Bottekesham and John de Vallibus; L 201b.

WALDESCHOF, WILLIAM,—Executors, John Waldeschof and Symon de Roswalstres; L 192.

WELYNGTONE, ROGER DE, clerk,—Executors, Rd. de Welyngtone, Nich. Marks, and others; L 203.

WYGER, HENRY,—Executors, Thos. Wyger, Wm. Kaygnes, and Rd. le Seler; L 201b.

Wymburne, Reginald de, *See* Lifton (*Inst.*); 143.

Winchester, Diocese of,—

General Commissions directed by Bp. Wodeloke to Bp. Stapeldon; 63.—*See* "Ordinations," fol. 228, 228b.

--Bishop Rigaud (de Asserio), grants his Licence to Bp. Stapeldon, for the Ordination, within his Diocese, of Clerks belonging to the Diocese of Exeter--for one year (16 Feb., 1320-1); 156b.

Winkleigh, Sir William [de Alreforde], V. of,—

Licence to farm the Rectory of Coleridge for five years—"et dabit, singulis annis, ad fabricam Ecclesie Beati Petri Exoniensis dimidiam marcam" (9 May, 1310); 50b.

[*Visitation*,—"Die Mercurii sequente, videlicet in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli (28 June, 1301).

Et sunt ibi in Ecclesia Libri Matutinales; scilicet, unum Antiphonarium, bene notatum, cum Splaterio (*sic*), Capitulario, et Collectario, Ympnario, et Venitario. Aliud Antiphonarium, non de Usu. Legenda Sanctorum, defectiva. Legenda Temporalis, bona, cum Antiphonario Sanctorum, in magno volumine, sufficiens. --In Curia stabulum ruinosum. Item, parva camera, juxta gardinum, ruinosa et quasi ad terram. Item, grangia in muro ruinosa et in tecto debilis, et meremio debilis preterquam in parte Boriali, que adhuc est tollerabilis. Coquina incipit in muro deficere. Ostium Aule, versus coquinam, fractum in uno assere. Item, boveria apud Nithercote totaliter ruinosa, et vix stat postibus suffulta. Insuper, Parochiani dicunt quod Firmarii semper hactenus consueverunt cooperire Cancellum, et Libros Matutinales sustentare cum Cancello. Item, grangia apud Nithercote debilis in tecto, et in muro aliquantulum. Item, Aula, cum cameris, cooperienda. Et estimatur reparacio dictorum defectuum, per operarios et alios fidedignos, ad xij*li.*; viz. reparacio stabuli, lx*s.*; grangie in Curia, lx*s.*; veteris camere prope Aulam, xl*s.*; coquine, dimidiam marcam; item, boverie de Nitherecote, lx*s.*, et grangie ibidem, xiij et iiij*d.* Set Decanus, nunc Firmarius, fecit ij fenestras in Cancello vitreas—custus lx*s.* Tamen, deficit vitrum in fronte, ultra Altare Majus. Et sunt de redditu assiso, ibidem, v*s.* ix*d.*, preter xviij*d.* quos portat Vicarius de terra de Froggeforde, una cum cereis debitis luminari Ecclesie. Item, sunt in dominico Sanctuarii lxix acre terre, et valent ad minus j marcam; quam, quidem, terram tradidit Firmarius Roberto de Lullardisdone, ut dicitur, pro servicio et labore suo circa decimas vendendas et debita colligenda."—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *page* 22].

Wynkeleghe, Michael de, presents to Clyst-St. Mary; 70.

Wynkeleghe, Roger de, *see* Winkleigh (*Inst.*); 41.

Wintone, John de, *see* St. Anthony's Hospital; 120, L 213.

Witheridge [Wytherigge, MS.],—

Commission, directed to the Chancellor of the Cathedral and the Archdn. of

Barum.,—Thos. de Gorges, R., was, Precentor of Wells; and a question had arisen as to his retention of both Benefices (2 July, 1311); 64b.—Sir Wm. de Wengrave, priest, R.,—Licence of non-residence from the Feast of the Inv. of the Holy Cross (and to put out his Benefice to farm) for three years (13 April, 1320),—"et dabit singulis annis xx solidos"; 148: renewed for three years (10 Oct., 1324); 182.

Wytherigge, William de, R. of Thelbridge; (*Ord.*) 221.

Withiel; Sir Ralph Lampil, priest, R. of,—
Licence of non-residence for two years, "ad instanciam Magistri Roberti Hereworde; dum, tamen, intendens fuerit obsequiis ejusdem (26 Dec., 1324); 183.—*See* Tregeusteke; *also*, L 211b.

Wodecote, la, in the Manor of Faringdon (*Hants*); 63.

Wodeford, Sir Hugh de, priest,—
Licensed to hear Confessions in the Deanery of Plympton; "casibus super perjuriis, manifestis vel occultis, ad exheredacionem alicujus . . . Episcopo specialiter reservatis (23 March, 1308-9); 39b.—*See* Eggbuckland; 38.

Wodelond, Rd. de, inst. to St. Ruan-Major; 184. *See* Comptone.

Wodere, Thomas le, *see* "Wills"—Egleby; L 212b.

Wogan, Sir John, Knt., presents to Mamhead; 114b.

Wolf, Rd. le, presents to Kentisbury; 67b, 85b, 176b, 180b, 183b.

Wolf, Walter le, inst. to Kentisbury; 61, 67b: resigns [*see* Charles (*Inst.*)], and is again inst. to Kentisbury; 183b.

Wolleghe, Wm., V. of Uffculme; 181b, 182b, 183,—
He was R. of Bickleigh (*South Devon*); 42, 52, 115b: resigns, and is inst. to Yarnscombe; 130b: resigns; 183: Proctor for John de Berewyke; 31b: for Thos. Hereward; 49b: for Henry Bloyou; 150.—*See* "Oratories"; *also*, Bosham; 25, 45b: Glasney (*Inst.*); 76b.

Wolvadcune, Roger de, inst. to Dunterton; 157b, 160b.

Woodleigh; Thos. de Mertone, subdeacon, R.,—
Non-residence till Michaelmas, 1313, to study, etc. (30 Aug., 1309); 43.

Woolfardisworthy [Wolfredisworthi, MS], Richard de Sancto Leonardo, subdeacon, R.,—
Non-residence for a year (10 April, 1311); 60b: renewed, "vj Kal. Apr." (27 March), 1312; 69b: again (3 Feb., 1312-13): 76b.

Woolston, *see* Buvyle (*Oratories*); 50b.

Worcester, Walter Reynolds (late) Bp. of; L 207.

Worforde, John de, resigns the Chantry at Ermington; 142b.

Worthe, Richard de, V. of Kenton; 129b; deceased: 151b.

Worthe, Robert de, Canon of Sarum, *see* Canterbury; 111b.

Wrockeshale, William de, Prior of Pilton, deceased; 112b.

Wycsford, John de, *see* Ros, Saer de; 38b.

Wyger, Hy., presents to Broadwood-Widger; 52. *See* L 201b.

Wyger, Thos., inst. to Merton; 44.—*See* "Wills"; L 201b, 214b.

Wyke-St. Mary, Mark de, *see* Jacobstowe (*Devon*); 34.

Wyke, John de, Canon of Crediton, *see* "Wills"—Puntyngdone; 66: deceased; 112^{b}.

Wike, John de, inst. to Kentisbury; 180^{b}: [resigns and] is inst. to St. Pancras, Exeter; 181.

Wike, Walter de, *see* Down-St. Mary (*Inst.*); 123^{b}: *also*, Consistory Court; 172^{b}.

Wyleby, William de, R. of Okeford; 59^{b}, 73, 131.

Wylyngtone, Edmund de, Knt., presents to Uploman; 44 (*bis*).

Wilingtone, Hy. de, Knt., *see* Wylyngtone, Reginald de; 159^{b}.

Wylyngtone, John de, Knt.,—
Patron of High Bickington; 45^{b}, 86^{b}, 101^{b}: Huntshaw, 86^{b}, 101^{b}: Atherington; 128, 138^{b}: the Chantry in the Church of Beaford; 144^{b}.—*See* Little Torrington (*Inst.*); 71^{b}.

Welyngtone, Ralph de, *see* Newton-Ferrers (*Inst.*); 60^{b}.

Wylyngtone, Reginald de, presents to Gittisham; 70.

Wylyngtone, Reginald de, inst. to Uploman; 44: R. of Atherington; 44^{b}, 57^{b},[1] 65, 86^{b}: resigns "per dimissionem";[2] 128: *inducted* to Atherington; 138^{b},—
The Bishop (out of regard for his Brother, Sir Henry, who had done him great service), grants him an Annual Pension of 5 marks "de Camera," till he should provide him with a Benefice (22 Aug., 1321); 159^{b}.

Wellyngtone (*or* Wylyngtone), Richard de, R. of Chipping-Tawton (*North Tawton*), 35^{b}, 44, 56: resigns; 118.

Wylyngtone, Robert de,—
R. of High Bickington; 36, 44^{b}, 45^{b}, 57^{b}: collated to a Preb. in Crediton; 74: inst. to Huntshaw, 86^{b}; resigns, and is again inst. to High Bickington; 101^{b}: inst. to Atherington; 128: resigns; 138^{b}.

Welyngtone, Roger de, and Agnes his Wife; L 203.

Wylyngton, Walter de, R. of Atherington; 36.

Wynter, Vincent de, collated to St. Sithney; 127.

Wyot, Walter, inst. to St. Cleer; 56^{b}, 161^{b}. *See* St. Madron; 176.

Wyperel, Nicholas, R. of Little Torrington, deceased; 71^{b}.

Wyskard, Thos., inst. to Tidcombe Portion in the Church of Tiverton; 57^{b}.

---

[1] [Omitted on page 36]. Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1311 (11 Nov., 1310).

[2] "Ex artacione Constitucionis contra Plurales noviter edite" (*Reg. of John de Sandale, Bp. of Winchester, fol.* 30). He, also, vacated, on the same day, the R. of Wodytone (*Wotton, in Surrey*), (*ibid.* fol. 29^{b}), to which he had been inst., 19 Oct., 1305 (*Reg. Wodeloke*, fol. 36). And he held the R. of Shorwell, in the I. of Wight, to which he had been inst., 4 March, 1310-11; Patron, Sir John de Lisle, Knt. (*ibid., fol. 14**). This Benefice he retained; and he was still R., 12 June, 1349, when he presented to the *Vicarage* thereof (*Reg. Edyndone, vol.* i, *fol.* 51^{b}). He seems to have died in 1355, when Master John de Wolveleye succeeded him, 11 Oct. (*ibid.*, fol. 87). [F.J.B.].

Y.

Yarcombe; *see* "Dedications"; 64.

Yarnscombe; Sir Wm. [Hereward], priest, R.,—

